DE

APODOTICO QUI DICITUR PARTICULAE ΔΕ

IN CARMINIBUS HOMERICIS USU.

DISSERTATIO

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN ACADEMIA REGIA CHRISTIANA-ALBERTINA KILIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

LUDOVICUS LAHMEYER

HANNOVERANUS.

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXIX.

1879

IMPRIMATUR.

G. HOFFMANN,
H. T. DECANUS.

EDUARDO LÜBBERT

PRAECEPTORI HUMANISSIMO

ET

GUSTAVO LAHMEYER

PATRI CARISSIMO

D. D. D.

Index.

pagina

Praefatio VI

Caput I. Loci Homerici, in quibus quin exstet δὲ ἀποδοτικόν non est dubium.

§ 1. Quorum locorum in hoc capite ratio non sit habenda 1

§ 2. Δὲ ἀποδοτικόν respondet particulae temporali ὅτε (ὁππότε) 1

§ 3. „ „ „ „ „ εὖτε 2

§ 4. „ „ „ „ „ ἐπεί 2

§ 5. „ „ „ „ „ εἶος 4

§ 6. „ „ „ „ „ ὄφρα 5

§ 7. „ „ „ „ „ ὡς 6

§ 8. Quibus particulis temporalibus δὲ ἀποδοτικόν non respondeat 6

§ 9. Δὲ ἀποδοτικόν respondet particulae εἰ 7

§ 10. „ „ „ „ εἴπερ 9

§ 11. „ „ „ relativis ὅς, ὡς, ὅσσος 9

Caput II. Quomodo δὲ ἀποδοτικόν explicandum esse videatur.

§ 12. De etymologia particulae δέ 11

§ 13. De Kvičalae δέ demonstrativo 12

§ 14. De C. W. Krügeri sententia, qua δὲ ἀποδοτικόν putat ex δή esse correptum 13

§ 15. De Kühneri explicatione („andererseits“); de Hartungii δέ corresponsivo; de Naegelsbachii δέ oppositivo 14

§ 16. De Hartungii δέ coniunctivo 16

§ 17. De G. Hermanni sententia, qua δὲ ἀποδοτικόν per ἀνακολουθίαν explicandum censet . . . 18

§ 18. Loci Homerici, ubi aliae particulae adversativae (ἀλλά, αὐτάρ) in apodosi inveniuntur . . 18

§ 19. Loci Homerici, ubi particulae coniunctivae (τέ, καί) in apodosi inveniuntur 20

§ 20. Quomodo καί in apodosi explicandum sit 20

§ 21. De explicatione δέ apodotici ex parataxi logica, quam statuunt Naegelsbachius (in δέ coniunctivo) et Classenius 21

§ 22. De explicatione δέ apodotici ex parataxi grammatica, in qua, a Thierschio et Buttmanno primum proposita, videtur esse acquiescendum 23

§ 23. Illustrantur exemplis singula genera dicendi et ex parataxi et ex hypotaxi 28

Caput III. De eis locis, qui particulam δέ in apodosi exhibent cum pronomine ὁ (τοῖος) coniunctam.

§ 24. Utrum in eis exemplis, ubi δέ in apodosi cum pronomine ὁ coniunctum invenitur, distractis litteris ὁ δέ, an uno vocabulo ὅδε scribendum sit 33

§ 25. Δέ in apodosi cum ὁ coniungitur praecedente particula 36

§ 26. Δέ in apodosi cum ὁ (τοῖος) coniungitur praecedente pronomine ὅς (οἶος) 38

Conspectus duplex omnium locorum, in quibus δὲ ἀποδοτικόν apud Homerum invenitur 40

Appendicula. Loci ex hymnis Homericis, ex carminibus Hesiodeis, ex carminibus elegiacis et iambicis sumpti, in quibus δὲ ἀποδοτικόν invenitur 44

Praefatio.

Singularem particulae δέ in apodosi positae usum iam antiquis temporibus ab Alexandrinis observatum esse scholia ad Iliadem nos docent. Neque vero ipsi Aristarcho, Alexandrinorum sine dubio principi, curae erat, difficultates expedire quae non possunt non exsistere, si quis hunc particulae usum explicare vult. Recentiorum demum temporum viri docti omne studium contulerunt in veram δέ apodotici naturam cognoscendam. Sed cum Hartungius[1]) et Werferus[2]) in prosae potissimum orationis libris acquiessent neque multum ideo profecissent, Buttmannus[3]) demum vestigia Thierschii[4]) viri doctissimi persecutus ostendit ad cognoscendum mirum illum particulae δέ usum relictis finibus Atticismi omnino necesse esse ad epicorum usum regredi. Sed viam, quam ille vir doctus tantummodo demonstraverat, Naegelsbachius[5]) vir doctissimus ea diligentia et subtilitate, qua omnino de litteris optime meruit, ingressus omnes carminum Homericorum locos, in quibus δέ apodoticum exstat, colligere studuit. Sed tamen neque ei, neque Ebelingio,[6]) cuius auspiciis liber ad quaestiones Homericas utilissimus proximo tempore ad perfectionem perveniet, contigit, ut numerum locorum, in quibus δέ apodoticum inveniri nos quidem putamus, plenum exhiberent. Accedit, quod causae, quibus Naegelsbachius usum illum explicare studet, non omni ex parte videntur probari posse, Ebelingius autem omni omnino explicandi ratione se abstinuit. Quae cum ita sint cumque praeterea aliae explicationes, quae post Naegelsbachium propositae sunt, ut Krügeri[7]), Kvičalae[8]), Classeni[9]), Kühneri[10]), ne ipsae quidem satis placeant, operae pretium fore existimavimus omnibus ad unum locis ex Iliade et Odyssea, in quibus δέ apodoticum invenitur, diligenter collectis pro viribus nostris denuo quaerere, qua potissimum ratione explicandum sit, quod δέ natura paratacticum nihilo minus haud raro videtur positum esse in apodosi.

---

1) Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache, 1832, I p. 174 sq.
2) Acta Monacensia philologica, II p. 88 sq.
3) Demosthenis oratio Midiana, Excurs. XII. Edit. V 1864, p. 142.
4) Griechische Grammatik, 1818.
5) Anmerkungen zur Ilias, 1834, Excurs XI.
6) Lexicon Homericum composuerunt C. Capelle, A. Eberhard, E. Eberhard, B. Giseke, H. Koch, J. La Roche, Fr. Schnorr de Carolsfeld, edidit H. Ebeling. Lipsiae 1874 sqq.
7) Griechische Sprachlehre für Schulen, 1853 II § 65, 9, Anm. 2.
8) Zeitschrift für österreichische Gymnasien, 1864 p. 322 sqq.
9) Beobachtungen über den Homerischen Sprachgebrauch, Francofurt. 1867 p. 32 sqq.
10) Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache, II 1870 p. 816 sq.

Caput I.

Loci Homerici, in quibus quin exstet *δὲ ἀποδοτικόν* non est dubium.

§ 1. Quorum locorum in hoc capite ratio non sit habenda.

Quoniam ad apodoticum qui dicitur particulae *δέ* in carminibus Homericis usum accuratius investigandum diiudicandumque exemplis, unde ordiamur, videtur opus esse plane certis, discedendum erit initio ab eis locis, ubi illa particula pronomini *ὁ* (*τοῖος*) adiuncta invenitur. His enim in locis saepissime quaestio exsistet, utrum *ὁ δέ* (*τοῖος δέ*) distractis litteris, an *ὅδε* (*τοιόσδε*) uno vocabulo scribendum sit. Relativarum igitur sententiarum pauca exempla in hoc capite commemorabuntur, cum de ceteris, in quibus *δέ* cum pronomine *ὁ*, *ἡ*, *τό* coniunctum est, in tertio demum capite sit agendum.

§ 2. *Δὲ ἀποδοτικόν* respondet particulae *ὅτε* (*ὁππότε*).

Il. 5, 438 sq. *ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος,*
δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Idem versus leguntur Il. 16, 705 sq.; praeterea conferri potest Il. 20, 447 sq., qui locus ab illis ea re differt, quod pro *προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων* habet *ἔπεα πτερόεντα προσηύδα*, quae verba in manuscriptis deterioribus etiam in locis supra allatis inveniuntur. *Δεινὰ δ'* in Il. 20, 447 sq. consensu librorum legitur, cum in Il. 5, 438 sq., quos versus A. plane omisit, Mosc. 1. pro *δεινὰ δ'* praebeat *δεινά γ'* et in Il. 16, 705 sq. in codice L. legatur *δεινόν* sine *δέ*. Sed recte editores varia lectione manuscriptorum deteriorum neglecta in tribus illis locis ex Iliade sumptis servaverunt *δεινὰ δ'*.

Il. 11, 714 sq. *ἀλλ' ὅτε πᾶν πεδίον μετεκίαθον, ἄμμι δ' Ἀθήνη*
ἄγγελος ἦλθε θέουσ' ἀπ' Οὐλύμποιο θωρήσσεσθαι.

Il. 16, 705 sq. } v. supra ad Il. 5, 438 sq.
Il. 20, 447 sq. }

Od. 5, 441 sqq. *ἀλλ' ὅτε δὴ ποταμοῖο κατὰ στόμα καλλιρόοιο*
ἷξε νέων, ...
ἔγνω δὲ προρέοντα καὶ εὔξατο ὃν κατὰ θυμόν.

Od. 9, 181 sq. *ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ' ἐγγὺς ἐόντα,*
ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης.

Od. 10, 569 sqq. *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης*
ἤομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες,
τόφρα δ' ἄρ' οἰχομένη Κίρκη παρὰ νηὶ μελαίνῃ
ἀρνειὸν κατέδησεν ὄιν θῆλύν τε μέλαιναν.

Od. 22, 216 sqq. ὁππότε κεν τούτους κτέωμεν, πατέρ᾽ ἠδὲ καὶ υἱόν,
ἐν δὲ σὺ τοῖσιν ἔπειτα πεφήσεαι, οἷα μενοινᾷς
ἔρδειν ἐν μεγάροις.

§ 3. **Δὲ ἀποδοτικόν respondet particulae εὖτε.**

Il. 23, 62 sqq. εὖτε τὸν ὕπνον ἔμαρπτε λύων μελεδήματα θυμοῦ,
— — — — — — — — — — —
v. 65 ἦλθε δ᾽ ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο.

Od. 20, 56 sq. εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε λύων μελεδήματα θυμοῦ
λυσιμελής, ἄλοχος δ᾽ ἄρ᾽ ἐπέγρετο κεδνὰ ἰδυῖα.

In utroque loco apparet protasin isdem verbis esse expressam.

Od. 20, 73 sqq. εὖτ᾽ Ἀφροδίτη δῖα προσέστιχε μακρὸν Ὄλυμπον
κούρης αἰτήσουσα τέλος θαλεροῖο γάμοιο
ἐς Δία τερπικέραυνον . . . .
V. 77 τόφρα δὲ[1]) τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.

§ 4. **Δὲ ἀποδοτικόν respondet particulae ἐπεί.**

Il. 6, 474 sqq. αὐτὰρ ὅγ᾽ ὃν φίλον υἱὸν ἐπεὶ κύσε πῆλέ τε χερσίν,
εἶπε δ᾽ ἐπευξάμενος Διί τ᾽ ἄλλοισίν τε θεοῖσιν.

Hanc lectionem cum Hentzio contra ceteros editores, qui libros secuti *εἶπεν* scribi volunt, defenderim, cum Aristarchum ita legisse scholia doceant. Accedit, quod in uno codice exhibetur *εἶπέ τε*.

Il. 7, 148 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ Λυκόοργος ἐνὶ μεγάροισιν ἐγήρα,
δῶκε δ᾽ Ἐρευθαλίωνι, φίλῳ θεράποντι φορῆναι.

Δῶκε δέ scholiis demonstratur ipsum legisse Aristarchum; quam ob rem haec lectio servanda est neglecto eo codice, qui exhibet *δῶκεν*.

Il. 11, 267 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ᾽ αἷμα,
ὀξεῖαι δ᾽[2]) ὀδύναι δῦνον μένος Ἀτρείδαο.

Il. 12, 143 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῖχος ἐπεσσυμένους ἐνέδησαν
Τρῶας, ἀτὰρ Δαναῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε,
ἐκ δὲ τὼ ἀίξαντε πυλάων πρόσθε μαχέσθην.

Priores duo versus idem fere leguntur Il. 15, 395, sed hoc loco sequitur non *δέ*, sed *τέ*:

ᾤμωξέν τ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτα καὶ ὢ πεπλήγετο μηρώ.

Il. 16, 198 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντας ἅμ᾽ ἡγεμόνεσσιν Ἀχιλλεὺς
στῆσεν ἐὺ κρίνας, κρατερὸν δ᾽ ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.

Il. 20, 47 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ μεθ᾽ ὅμιλον Ὀλύμπιοι ἤλυθον ἀνδρῶν,
ὦρτο δ᾽ Ἔρις κρατερὴ λαοσσόος, αὖε δ᾽ Ἀθήνη.

Hoc in exemplo cum bis posita sit particula *δέ*, licet dubitare, utra earum apodosin in-

---

1) Codex E. pro *τόφρα δέ* habet *τότε δή*, quod metro prorsus repugnat.
2) Deteriores codd. *ὀξεῖαι ὀδύναι*.

cipiat. Naegelsbachius[1]) posteriori δέ vindicat vim apodoticam, qua in re editores eum secuti sunt, cum praesertim scholiis idem doceatur. Nam etsi plurimis in locis apodosis cum initio versus congruere videtur, tamen verbis αὖε δ' Ἀθήνη antecedit maior caesura, quae bucolica dicitur, post quam gravius licet interpungere. Exemplum plane simile, in quo ipso caesura bucolica apodosi antecedit, Naegelsbachius huic addit: Il. 1, 193 sq.:

εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μεγὰ ξίφος, ἦλθε δ' Ἀθήνη.

Ut autem protasin finiri putemus verbis λαοσσόος, ipsa sententia suadet. Protasi enim, quae vulgo statuitur, quomodo di ipsi et maxime Eris pugnam incendant, narratur; apodosi, quomodo utrimque pugnetur, cum Minerva Achaeos, Mars Troes adiuvet. Verba αὖε δέ, quae in priore enuntiato apodosin ducunt, postea versu 50 verbis αὖε δ' Ἄρης...in enuntiato primario repetuntur per anaphoram. Clamat Minerva, clamat Mars, ex quo tempore ipsi di in pugnam descenderunt.

Il. 22, 379 sqq. ἐπεὶ δὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν,
ὃς κακὰ πόλλ' ἔρρεξεν, ὅσ' οὐ σύμπαντες οἱ ἄλλοι,
εἰ δ' ἄγετ' ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν.

Il. 24, 14 sq. ἀλλ' ὅγ' ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,
Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν.

Od. 7, 340 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ στόρεσαν πυκινὸν λέχος ἐγκονέουσαι,
ὄτρυνον δ' Ὀδυσῆα παριστάμεναι ἐπέεσσιν.

Hoc exemplum, nisi forte de diversitate lectionum ὄτρυναν et ὄτρυνον disputare volumus, valde simile est illi, quod supra[2]) ex Il. 16, 198 sq. attulimus. Δέ, quod La Rochius testatur in melioribus libris addi, vulgo omittitur. In aliquot codicibus scribitur τ' et ῥ', quibus vocibus additis productio syllabae in altera arsi restituitur, quae, si legeretur ὄτρυνον, plane tolleretur.

Sed cum in libris optimis δέ legatur, haec lectio servanda est.

Od. 9, 310 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ σπεῦσε πονησάμενος τὰ ἃ ἔργα,
σὺν δ' ὅ γε δὴ αὖτε δύω μάρψας ὁπλίσσατο δόρπον.

Idem versus inveniuntur:

Od. 9, 343 sq.,

in quibus cum ceteri editores omnes consentiant δέ apodoticum exstare, unus La Rochius apodosin incipere vult insequenti versu:

καὶ τότ' ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων ἄγχι παραστάς.

Od. 10, 364 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσέν τε καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ,
ἀμφὶ δέ με χλαῖναν καλὴν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα,
εἷσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου.

Primi duo versus cum plane respondeant versibus Od. 3, 466 sq., quo loco sententia apodotica sine dubio ducitur verbis ἐκ ῥ' ἀσαμίνθου βῆ, ne illo quidem loco dubitari potest, quin in versu 366 (εἷσε δέ) apodosis initium habeat. Ex particula ἐπεί tres aoristi λοῦσεν, ἔχρισεν, βάλεν pendent; solum εἷσε verbum apodoticae sententiae intellegendum est. Neque offendere licet in ea re, quod pronomen μέ in altero versu legitur, in primo deest; nam etiam ad haec verba pronomen μέ supplendum esse ex antecedentibus versibus apparet.

1) Anmerkungen zur Ilias, Excurs XII p. 262.
2) pag. 2.

Od. 11, 385 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ ψυχὰς μὲν ἀπεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλῃ,
ἁγνὴ Περσεφόνεια γυναικῶν θηλυτεράων,
ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο.

Od. 14, 404 sq. ὅς σ' ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον καὶ ξείνι' ἔδωκα,
αὖτις δὲ κτείναιμι φίλον τ' ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην.

Od. 22, 457 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πᾶν μέγαρον διεκοσμήσαντο,
δμωὰς δ' ἐξαγαγόντες ἐϋσταθέος μεγάροιο
— — — — — — — — — —
εἴλεον ἐν στείνει.

Cum in hoc loco codices fluctuent inter δμωάς et δμωὰς δ', quin etiam in versibus proximis isdemque simillimis Od. 22, 440 sq. omnium codicum consensu legatur solum δμωάς, tamen haudquaquam necessarium videtur, ad hanc normam alterum locum mutare. Multo enim facilius rem ita informare possumus, ut particulam δέ, cum praesertim ne metricae quidem rationes eam postulent, ut supervacaneam a librariis omissam esse cogitemus, quam ut nulla re cogente temere adiectam esse ponamus.

Od. 24, 205 οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο.

Singulare quidem est hoc exemplum, non solum propterea, quod unus versus et protasin et apodosin continet, sed etiam, quod subiectum sententiis protaticae et apodoticae commune coniunctioni ἐπεί praecedit.

§ 5. Δὲ ἀποδοτικόν respondet particulae εἶος (εἵως).

Il. 1, 193 sq. εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, ἦλθε δ' Ἀθήνη.

Rectissime iam scholiis annotatur gravius esse interpungendum post ξίφος, non post θυμόν: „ἐν ὅσῳ γὰρ λογίζεται καὶ σπᾶται, ἦλθεν ἡ Ἀθηνᾶ". Etiam in his versibus apodosis exstat post caesuram bucolicam, ut supra[1]) Il. 20, 48.[2])

Il. 10, 507 sq. εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα, τόφρα δ' Ἀθήνη
ἐγγύθεν ἱσταμένη προσέφη Διομήδεα δῖον.

Il. 11, 411 sq. εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων.

Il. 15, 539 sq. εἷος ὁ τῷ πολέμιζε μένων, ἔτι δ' ἔλπετο νίκην,
τόφρα δέ οἱ Μενέλαος ἀρήιος ἦλθεν ἀμύντωρ.

Il. 17, 106 sq. εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον, ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ.

Qui locus ab illo, qui ex Il. 11, 411 sumptus est, nulla alia re differt, nisi quod pro ἀσπιστάων legitur ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ.

Il. 20, 41 sq. εἷος μέν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν,
τόφρα δ' Ἀχαιοὶ μὲν μέγ' ἐκύδανον.

---

1) pag. 2.

2) Classenius antea quidem in programmate (1864) versum ita scripserat, ut verba „ἦλθε δ' Ἀθήνη" deessent, sed in libro, quo quaestiones illas Homericas a. 1871 denuo edendas curavit, „ἦλθε δ' Ἀθήνη" verbis antecedentibus adiunxit.

Codicibus pro *τόφρα δέ* traditum est *τέως δέ*, sed scholio varia lectio notatur *τόφρα δέ*, quam editores probaverunt praeter La Rochium[1]), qui *τεῖος* proposuit.

Od. 4, 120 sq. *εἷος ὁ ταῦθ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,*
ἐκ δ᾽ Ἑλένη θαλάμοιο θυώδεος ὑψορόφοιο
ἤλυθεν Ἀρτέμιδι χρυσηλακάτῳ εἰκυῖα.

Od. 5, 365 sq. *εἷος ὁ ταῦθ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,*
ὦρσε[2]) *δ᾽ ἐπὶ μέγα κῦμα Ποσειδάων ἐνοσίχθων.*

Od. 5, 424 sq. *εἷος ὁ ταῦθ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,*
τόφρα δέ μιν μέγα κῦμα φέρε τρηχεῖαν ἐπ᾽ ἀκτήν.

Inter novem illa exempla apparet septem exstare, in quibus protasis isdem verbis expressa sit.

§ 6. *Δὲ ἀποδοτικόν* respondet particulae *ὄφρα*.

Il. 4, 220 sq. *ὄφρα τοι ἀμφεπένοντο βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,*
τόφρα δ᾽ ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων.

Il. 9, 550 sq. *ὄφρα μὲν οὖν Μελέαγρος ἀρηίφιλα πολέμιζε,*
τόφρα δὲ[3]) *Κουρήτεσσι κακῶς ἦν.*

Il. 12, 10 sqq. *ὄφρα μὲν Ἕκτωρ ζωος ἔην καὶ μήνι᾽ Ἀχιλλεὺς*
καὶ Πριάμοιο ἄνακτος ἀπόρθητος πόλις ἔπλε,
τόφρα δὲ καὶ μέγα τεῖχος Ἀχαιῶν ἔμπεδον ἦεν.

Il. 15, 343 sq. *ὄφρ᾽ οἱ τοὺς ἐνάριζον ἀπ᾽ ἔντεα, τόφρα δ᾽ Ἀχαιοὶ*
τάφρῳ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες ὀρυκτῇ
ἔνθα καὶ ἔνθα φέβοντο.

Il. 18, 257 sq. *ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ,*
τόφρα δὲ ῥηίτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί.

Od. 9, 56 sq. *ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,*
τόφρα δ᾽ ἀλεξάμενοι μένομεν πλέονάς περ ἐόντας.

Od. 10, 125 sqq. *ὄφρ᾽ οἱ τοὺς ὄλεκον λιμένος πολυβενθέος ἐντός,*
τόφρα δ᾽ ἐγὼν ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
τῷ ἀπὸ πείσματ᾽ ἔκοψα νεὸς κυανοπρῴροιο.

In omnibus illis exemplis apodosis quidem incipit verbis *τόφρα δέ*; sed simplex *ὄφρα* in protasi in tribus tantum locis invenimus, cum in reliquis quattuor huic particulae vocula *μέν* addita sit, ut respondeant inter se perinde *μέν* — *δέ* atque *ὄφρα* — *τόφρα*. De hoc correlativorum usu plura afferentur in capite altero.

---

1) Homerische Untersuchungen, Lips. 1869 p. 234 sq.
2) Codd. deteriores: *ὦρσεν ἐπί.*
3) Cod. D.: *τόφρα μέν.*

§ 7. *Δὲ ἀποδοτικόν* respondet particulae temporali *ὡς*.

Il. 2, 321 sq. *ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα θεῶν εἰσῆλθ' ἑκατόμβας,*
Κάλχας δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοπροπέων ἀγόρευε.

In duobus manuscriptis *δέ* post *Κάλχας* omittitur, ut nobis videtur, propterea, quod librarii illud *δέ*, quod quomodo explicandum esset, ne metricis quidem causis intercedentibus, ignorabant, supervacaneum opinabantur.

Il. 21, 49 sqq. *τὸνδ' ὡς οὖν ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς*
γυμνόν, ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος — οὐδ' ἔχεν ἔγχος,
— — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — —
v. 53 *ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.*

Scholiis ad hunc locum docetur: „*τὸ ἑξῆς ἐστι· τὸνδ' ὡς οὖν ἐνόησεν, ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπεν· τὰ δὲ λοιπὰ ὡς διὰ μέσου διορθωτέον*". Haec secutus C. A. J. Hoffmannus[1]) inter verba *δῖος Ἀχιλλεύς* et *ὀχθήσας* duplicem quandam parenthesin statuendam esse censet. Sed verba *γυμνόν, ἄτερ . . . ἀσπίδος* violentius certe hoc modo separat a verbo *ἐνόησεν*, cum illis ipsis demum intellegamus, qui factum sit, ut Achilles Lycaonem statim agnoscere posset. Parenthesis igitur post *ἀσπίδος* demum locum habet, ubi liberius constructio procedere incipit.

§ 8. Quibus particulis temporalibus *δὲ ἀποδοτικόν* non respondeat.

Restant tres particulae temporales, quarum in apodosi *δέ* nunquam apparet, *πρίν*, *ἦμος*, *ἡνίκα* (quae particula uno omnino loco legitur Od. 22, 198, ita tamen, ut antecedat sententia primaria). Aristarchum si sequeremur, etiam Od. 13, 18 sq. *δὲ ἀποδοτικόν* inveniri concedendum nobis esset:

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
νῆα δ' ἐπεσσεύοντο, φέρον δ' εὐήνορα χαλκόν.

Sed recte Bekkerus, quem reliqui editores secuti sunt, pro *νῆα δ'* scripsit *νῆάδ'* uno verbo, cum *ἐπισσεύεσθαι* verbum apud Homerum aut dativum iuxta se habeat, ut Il. 15, 593 *νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι*, aut accusativum cum *δέ* paragogico coniunctum, ut Il. 2, 208 sq. *ἀγορήνδε — ἐπεσσεύοντο*, Il. 18, 575 *ἐπεσσεύοντο νομόνδε*; solius autem accusativi cum verbo *ἐπισσεύεσθαι* coniunctio certo loco Homerico probari possit nullo. Pro verbis enim *νῆας ἐπεσσεύοντο*, quae in plurimis libris Il. 2, 150 leguntur, editores ex Vaticani codicis auctoritate recte scripserunt *νῆας ἔπ' ἐσσεύοντο*.

---

1) 21. und 22. Buch der Ilias, 1864 II p. 10: „Es sind zwei Hauptteile des Ganzen zu unterscheiden: a) als Achilles ihn sah, sprach er = b) Achilles erkannte ihn, weil er ohne Waffen war. Die Worte *γυμνόν ἐνόησεν* sind also nicht eng mit einander zu verbinden, sondern mit *γυμνόν* beginnt eine Epexegese. Zu dieser tritt dann wieder *οὐδ' ἔχεν ἔγχος* mit einer gewissen Selbständigkeit hinzu, da diese Aussage zu dem Erkanntwerden des Lycaon keinen neuen Grund beibringt".

§ 9. *Δὲ ἀποδοτικόν* respondet particulae *εἰ* (*αἰ*).

Il. 1, 137 εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.

Priore *δέ*, quod *εἰ* particulae adiungitur, haec sententia praecedenti opponitur, ubi legimus:

ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί,

omissa apodosi, cuius quidem sententia facile colligitur ex contraria insequentis versus ratione.

Il. 1, 324 εἰ δέ κε μὴ δώησιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι,

qui locus a superiore ea sola re differt, quod pro plurali *δώωσιν* legitur *δώησιν* numero singulari.

Il. 5, 260 sqq. αἴ κέν μοι πολύβουλος Ἀθήνη κῦδος ὀρέξῃ,
ἀμφοτέρω κτεῖναι, σὺ δὲ τούσδε μὲν ὠκέας ἵππους
αὐτοῦ ἐρυκακέειν ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας.

Apodosis, quam ducit *δέ*, in hoc exemplo non verbo finito, sed infinitivo, qui imperativi locum tenet, exprimitur.

Il. 9, 300 sqq. εἰ δέ τοι Ἀτρείδης μὲν ἀπήχθετο κηρόθι μᾶλλον,
αὐτὸς καὶ τοῦ δῶρα, σὺ δ' ἄλλους περ Παναχαιοὺς
τειρομένους ἐλέαιρε κατὰ στρατόν.

Recte annotaverunt editores *δέ* in apodosi respondere antecedenti *μέν*, sed mirum esse, quanquam *Ἀτρείδης* in protasi et *ἄλλους Παναχαιούς* in apodosi sibi opponerentur, tamen *δέ* non cum *ἄλλους Παναχαιούς*, sed cum pronomine *σύ* coniungi, in quo nulla oppositio inesset, cum ex logica ratione etiam in sententia protatica *σύ* subiectum intellegendum esset. Ratio, qua ductus Homerus ita potissimum dixerit, in ea re videtur quaerenda esse, quod *δὲ ἀποδοτικόν*, ut ex reliquis quos nunc cum maxime tractamus locis apparet, cum ipsis pronominibus maxime coniungi solet.[1])

Il. 21, 556 sqq. εἰ δ' ἂν ἐγὼ τούτους μὲν ὑποκλονέεσθαι ἐάσω
Πηλείδῃ Ἀχιλῆι, ποσὶν δ' ἀπὸ τείχεος ἄλλῃ
φεύγω πρὸς πεδίον Ἰλήιον, ὄφρ' ἂν ἵκωμαι
Ἴδης τε κνημοὺς κατά τε ῥωπήια δύω·
ἑσπέριος δ' ἂν ἔπειτα λοεσσάμενος ποταμοῖο
ἱδρῶ ἀποψυχθεὶς προτὶ Ἴλιον ἀπονεοίμην.

De interpunctione horum versuum iam veteres dubitaverunt; cf. Spitznerus ad h. l., qui scholiastae B verba affert:

διὰ τὸν εἰ σύνδεσμον ὑποστικτέον μετὰ τὸ „ῥωπήια δύω“ τοῦ ἑξῆς συνδέσμου περιττεύοντος τοῦ δέ· δύναται δὲ καὶ στίζεσθαι ἐπὶ τὸ δύω, τοῦ εἰ συνδέσμου κειμένου ἀντὶ τοῦ ἆρα διαπορητικοῦ· ἔσται δὲ οὕτως ὁ ἂν περιττός.

Quod scholiastes altero loco *εἰ* per *ἆρα*, quod dicitur *διαπορητικόν*, explicari posse putat, propter *ἄν* particulam certe non assentiemur. Restat igitur, ut consideremus, sitne in v. 560 *δὲ ἀποδοτικόν* cognoscendum, id quod scholiastes priore loco proponit. Fuerunt quidem viri docti, qui locum aliter interpretarentur. Matthiaeus[2]) post versum 559 aposiopesin statuit, quam inde

1) Cf. etiam Kvičala, Ztschr. f. österr. Gymn., 1864, p. 322, b: „Es lehnt sich *δέ* an das demonstrative Pronomen an, welche Anlehnung überhaupt fast immer stattfindet, wenn eben ein solches Pronomen oder Adverb im Satze vorkommt“.

2) Griech. Gramm. p. 471, § 616.

ortam esse censet, quod protasi aliae sententiae insertae sint. Quam sententiam etiam Wolfium sequi Spitznerus in editione sua ex ea re colligere posse sibi videtur, quod ille post versum 559 colo interpungat. Eandem interpunctionem etiam in La Rochii et Dindorfii editionibus invenimus. Sed nescio an praepropere inde concludatur, illos viros doctos etiam ipsos re vera de aposiopesi cogitasse. Potuit enim fieri, ut maior interpunctio propterea praeferretur, quod sententia protatica complures sententias complexa maioris ambitus est. Omnino si La Rochius aposiopesin statueret, non facile intellegeretur, cur in editione, quam ille in scholarum usum curavit, nihil de ea re annotaret.

Sed utut haec res se habet, nos quidem consentaneum existimamus de aposiopesi, quanquam apud Homerum eam haud insolitam esse rem non negamus, tum demum cogitandum esse, si facilior simpliciorque explicatio non sit in promptu. Eo vero loco, quem nunc ipsum tractamus, neque ex grammatica ratione, neque ex sententia quicquam obstare videtur, quominus particula *δέ* adiecta apodosin incipere verbis *ἑσπέριος δ' ἂν ἔπειτα* censeamus. Hoc idem statuit C. A. J. Hoffmannus.[1])

Il. 23, 558 sq. *Ἀντίλοχ', εἰ μὲν δή με κελεύεις οἴκοθεν ἄλλο*
Εὐμήλῳ ἐπιδοῦναι, ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ τελέσσω.

Od. 4, 831 sq. *εἰ μὲν δὴ θεός ἐσσι, θεοῖό τε ἔκλυες αὐδῆς.*
εἰ δ' ἄγε μοι καὶ κεῖνον ὀϊζυρὸν κατάλεξον.

Od. 12, 163 sq. *εἰ δέ κε λίσσωμαι ὑμέας λῦσαί τε κελεύω,*
ὑμεῖς δὲ πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι πιέζειν.

Codices valde fluctuant, cum pro *ὑμεῖς δέ* alii *ὑμεῖς δ' ἐν*, alii *ὑμεῖς μ' ἐν*, alii *ὑμεῖς ἐν* exhibeant.

Si scribimus *ὑμεῖς δέ*, accusativus obiecti desideratur, cum in alio qui proxime antecedit loco, qui infra[2]) in capite tertio per se ipse tractabitur, accusativus pronominis *μέ* additus sit: Od. 12, 53 sq.

εἰ δέ κε λίσσηαι ἑτάρους λῦσαί τε κελεύῃς,
οἱ δέ σ' ἔτι πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι διδέντων.

Hunc quidem locum spectantes librarii aliquot, nimio studio similes locos in eandem verborum formam redigendi adducti, in versu 164 simplex *δέ* ex analogia alterius loci mutaverunt in *μ' ἐν*. Sed perperam hoc factum esse elucet, quod excepto uno codice, qui solum *τότε* exhibet, reliqui omnes etiam alterum post *τότε* servaverunt *ἐν*, ut bis posita hac praepositione sententia turbaretur. Sine dubio ex optimorum codicum auctoritate etiam hoc loco retinendum erit simplex *δέ* apodoticum, cum *μέ* accusativus facillime ex universa sententia suppleatur.

Od. 15, 545 sq. *Τηλέμαχ', εἰ γάρ κεν σὺ πολὺν χρόνον ἐνθάδε μίμνοις,*
τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ, ξενίων δέ οἱ οὐ ποθὴ ἔσται.

Codices quidem in apodosi exhibent *τόνδε τ'* vel *τόνδ' ἔτ'* vel *τὸν δέ γ'*; sed Herodianus cum legat *τόνδε δ'*, id quod scholio A ad Il. 11, 454; 24, 17 citatur, L. Langius[3]) recte censuit *τόνδε δέ* esse lectionem Aristarcheam.

---

1) 21. und 22. Buch der Ilias, II ad h. l.: „Dass nach *δύω* interpungirt werden muss, zeigt schon der Wechsel der Modi: Conjunctiv im Vordersatze, Optativ mit *ἄν* im Nachsatze".

2) Cf. § 25.

3) Der Homerische Gebrauch der Partikel *εἰ*, p. 192 sq.

Od. 16, 274 sq. εἰ δέ μ' ἀτιμήσουσι δόμον κάτα, σὸν δὲ[1]) φίλον κῆρ
τετλάτω ἐν στήθεσσι κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο.

Od. 21, 253 sq. ἀλλ' εἰ μὲν τόσσονδε βίης ἐπιδευέες εἰμὲν
ἀντιθέου Ὀδυσῆος, ὅτ' οὐ δυνάμεσθα τανύσσαι
τόξον, ἐλεγχείη δὲ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

§ 10. Δὲ ἀποδοτικόν respondet particulae εἴπερ.

Il. 4, 160 sq. εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
ἔκ δὲ καὶ ὀψὲ τελεῖ.

Codicum lectionem ἔκ τε καί, quam servavit Dindorfius, Bekkerus mutavit in ἐκ δέ, quam coniecturam etiam La Rochius sibi placere in annotatione monet, quanquam in textum non recepit. Ameisius, Bekkeri sententiam omnino secutus, ἐκ δέ scripsit; et iure quidem, ut nobis videtur. Nam in enuntiato protatico, quod ducitur particulis εἴπερ τε, respondet in apodosi aut, ut exemplis quae modo attulimus docemur, δέ, aut, ut postea videbimus, ἀλλά vel ἀλλά τε, nunquam solum τέ, cum semper in apodosi earum sententiarum, quae ducuntur particula εἴπερ, oppositio insit, quae non particulis καί et τέ, sed particulis δέ et ἀλλά exprimitur.

Qua re etiam hoc loco non dubitaverimus ex similitudine locorum praecedentium cum Bekkero ἐκ δέ ex ἔκ τε restituere.[2])

Il. 4, 261 sq. εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι γε κάρη κομόωντες Ἀχαιοὶ
δαιτρὸν πίνωσιν, σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ
ἕστηχ', ὥσπερ ἐμοί.

Il. 12, 245 sq. εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι γε περικτεινώμεθα πάντες
νηυσὶν ἐπ' Ἀργείων, σοὶ δ' οὐ δέος ἔστ' ἀπολέσθαι.

Od. 13, 143 sq. ἀνδρῶν δ' εἴπερ τίς σε βίῃ καὶ κάρτεϊ εἴκων
οὔτι τίει, σοὶ δ' ἔστι καὶ ἐξοπίσω τίσις αἰεί.

§ 11. Δὲ ἀποδοτικόν respondet relativis ὅς, ὡς, ὅσσον.

Il. 9, 510 sqq. ὅς δέ κ' ἀνήνηται καί τε στερεῶς ἀποείπῃ,
λίσσονται δ' ἄρα ταί γε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι
τῷ ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ.

Quod in hoc exemplo pronomen τῷ, quod pronomini ὅς respondet, non ut aliis locis primum sententiae apodoticae locum obtinet, optime Hentzius[3]) ex constructione chiastica explicat.

Eademque constructione efficitur, ut τῷ, in primo versus loco positum summum pondus accipiat.

---

1) Pro σὸν δέ habent deteriores codd.: σόν γε.

2) Classenius quidem (Beobachtungen über den Homerischen Sprachgebrauch, 1867 p. 31) tantum afuit ut hoc loco τέ mutaret, ut contra ex analogia huius loci in alio quodam versu pro ipsorum codicum lectione δέ scribere mallet τέ (Il. 4, 262).

3) Annotat vir doctus ad hunc locum: „Durch die chiastische Anordnung der Wortfolge zum Vordersatze ist das aufnehmende Demonstrativ τῷ, welches 512 folgt, aus der ersten Stelle im Satze verdrängt".

Il. 23, 319 sqq. *ἀλλ' ὃς μέν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς*
ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἵπποι δὲ πλανόωνται ἀνὰ δρόμον οὐδὲ κατίσχει.

Pro *ἀλλ' ὅς* pauci codices praebent *ἄλλος*, quod Bentleio, Heynio, Bothio placuit. Quod si etiam nos ita scriberemus, duas sententias principales haberemus, quarum prior verbis *ἔνθα καὶ ἔνθα* finiretur. Sed collatis versibus insequentibus — *ὃς δέ κε κέρδεα εἰδῇ ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους, | αἰεὶ τέρμ' ὁρόων στρέφει ἐγγύθεν,* — vix quisquam dubitet, quin ex analogia huius sententiae etiam prior formata sit; ut inter se opponantur *ὃς μέν* et *ὃς δέ*.

Hoc etiam Spitznerus intellexit, sed nimio studio priorem versum posteriori assimulandi adductus manuscriptorum lectionem ita mutavit, ut pro *πεποιθώς* scriberet *πέποιθε* ideoque hae duae sententiae constructione verborum plane similes orerentur:

ὃς μέν θ' ἵπποισιν καὶ ἅρμασιν οἷσι πέποιθε,
ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα,

et:

ὃς δέ κε κέρδεα εἰδῇ ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους,
αἰεὶ τέρμ' ὁρόων στρέφει ἐγγύθεν.

Verba autem *ἵπποι δὲ . . . κατίσχει* ex hac structura priori parti sententiae apodoticae per illud *δέ* liberius adiungerentur. — Sed res aliter se habet. Duae sententiae, quae inter se opponuntur, simpliciter ea re differunt, quod prior sententia apodotica per particulam *δέ* cum sententia antecedenti coniuncta est, altera sententia apodotica hac particula caret. Deest quidem in versu 321 pronomen *τῷ*, quod antecedenti *ὅς* respondeat; sed offendendum non est in ea re, cum praesertim in exemplo antea allato hoc pronomen non in initio apodosis, sed in alio loco collocatum sit.

Il. 23, 84 sqq. *ἀλλ' ὁμοῦ ὡς τράφομέν περ ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν,*
— — — — — — — — — — — —
v. 91 *ὡς δὲ καὶ ὀστέα νῶιν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι.*

Il. 23, 462 sq. *ἦτοι γὰρ τὰς πρῶτα ἴδον περὶ τέρμα βαλούσας,*
νῦν δ' οὔ πῃ δύναμαι ἰδέειν.

Od. 7, 108 sq. *ὅσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν,*
νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν, ὣς δὲ γυναῖκες
ἱστῶν τεχνῆσσαι. (Deest verbum h. l.)

Caput II.

Quomodo δὲ ἀποδοτικόν explicandum esse videatur.

§ 12. De etymologia particulae δέ.

Scholia quanquam illud δέ, quod nos dicimus ἀποδοτικόν, haudquaquam neglexerunt, tamen cum singularem hunc particulae δέ usum explicare non possint, satis habent δέ simpliciter dicere supervacaneum.[1]) Sed eiusmodi particulam, quae in lingua Graeca saepissime adhibetur semperque habet, quo referatur, omnibus illis locis, quos in capite primo enumeravimus, sine ulla causa positam esse, profecto vix credi potest. Neque vero viri docti in eis, quae scholia afferunt, acquieverunt, sed iam diu operam dederunt, ut, quid significaret δέ in apodosi, enuclearent. Quam ad quaestionem diiudicandam si qui[2]) multum ponderis esse voluerunt in vocis δέ etymologia, nos ea in re viris doctis duabus potissimum de causis assentiri non possumus.

Primum enim de hac etymologia inter viros doctos adhuc minime convenit.

Hartungius[3]) demonstrare studet δέ esse ortum ex δίς, quae vox cohaereat cum stirpe vocis δύο, ut δέ idem valeat, quod nostrum „zweitens". — Bäumleinius[4]) ad eandem sententiam pervenit, sed alia via, cum δέ particulam ducat ex stirpe δεν, $\sqrt{\delta\upsilon}$ (cf. δεύομαι, δεύτερος). — Klotzius[5]) δέ censet correptum esse ex δή. — Kvičala[6]) denique particulam δέ eandem vocem existimat quam δὲ δεικτικόν, quod inest in οἴκόνδε, ὅδε, τοιόσδε, ἐνθάδε, ut in δέ particula

---

1) περιττεύοντος τοῦ δέ: Il. 21, 556 sqq. — τοῦ συνδέσμου περιττεύοντος: Il. 23, 558 sq.; 20, 47 sq. — ὅτι περισσὸς ὁ δέ: Il. 24, 14. — περιττεύει τὸ δέ: Il. 11, 714.

2) Bäumlein (Untersuchungen über griechische Partikeln, 1861, p. 88): Wir können bei dieser Partikel nicht umhin, die Frage nach ihrem Ursprunge zu berühren, sofern der verschiedene Grundbegriff, den man der Partikel beilegte, durch die verschiedene Ansicht von ihrer Abstammung bedingt ist.

Kvičala (Zeitschr. f. österr. Gymn. 1864 p. 315): Nirgends zeigt sich wohl die Wichtigkeit der Etymologie für eine gründliche und wissenschaftliche Darstellung der Gebrauchsweisen der Partikeln so klar, als bei dieser Partikel.

3) Lehre von den griech. Partikeln, II p. 156 sqq.

4) Untersuchungen über griech. Partikeln, p. 89.

5) Ad Devarium, II p. 355: „Particula δέ" inquit „dubitari non potest quin cum ampliore forma δή ita cognata sit, quem ad modum particularum μέν et μήν formae correptione et productione diversae communem originem habere videntur. Ac si primam ac veram particulae δέ significationem investigamus, nihil aliud videtur particula δέ in se continuisse olim, nisi aliquam rei dudum cognitae asseverationem. Facile autem ex asseveratione sicuti et in ceteris linguis et in aliis Graeci sermonis formulis videmus esse factum, enascitur oppositio, quam vulgo ei particulae tribui satis notum est".

6) Zeitschr. f. österr. Gymn., 1864 p. 315 sqq.

cernantur locativi vetusti pro adverbio adhibiti reliquiae, quibus significetur nostrum „da". Hanc quidem interpretationem etiam Vaničekius[1]) secutus est.

Sed quanquam de etymologia, ut vidimus, nunc dubitatur, tamen quid in ipso linguae usu particula δέ postea significaverit, in dubium vocari non potest. Scilicet ea particulae δέ vis est, ut paratactica quidem ratione alteram alteri vocem vel sententiam aut opponat (δέ adversativum), aut simpliciter adiungat (δέ coniunctivum vel continuativum). Quanquam proprie etiam in hac adiunctione semper aliquo modo oppositio inest.[2]) — Sufficere igitur nobis plane videtur, cum a dubia ratione etymologica omnino discesserimus, id solum in tractanda quaestione respicere, quod firmum est atque certum.

§ 13. De Kvičalae δέ demonstrativo.

Sunt quidem viri docti, qui in δέ apodotico non tritum ac vulgarem particulae usum statuendum putent, sed recedentem ab eo singularemque illi tribuendam esse significationem. Horum sententia primum excutienda erit: Kvičala[3]) igitur in eis exemplis, ubi protasin particulis ὅτε, ἐπεί, ὡς, εἷος ductam in apodosi sequatur δέ, hoc δέ arbitratur vim habere demonstrativam et transferendum esse nostro „da". Hanc notionem, quae proprie localis fuerit, diversis existimat singulorum locorum structuris sententiisque ita accommodari, ut modo temporalem, modo condicionalem accipiat colorem.

Sunt certe loci, in quibus praeter δέ etiam particula demonstrativa (ἔνθα, ἔπειτα) exstat;

ut Od. 9, 181 sq.: *ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ' ἐγγὺς ἐόντα,*
ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης.

et Od. 22, 216 sq.: *ὁππότε κεν τούτους κτέωμεν, πατέρ' ἠδὲ καὶ υἱόν,*
ἐν δὲ σὺ τοῖσιν ἔπειτα πεφήσεαι.

Sed hac in re offendendum non est; nam etsi vel in solis illis particulis vis demonstrativa inest atque interdum ἔνθα[4]) vel ἔπειτα[5]) in apodosi solum respondet antecedenti particulae

---

1) Griech.-lat. etym. Wörterb., Vol. I p. 320. — Contra Curtius (Grundzüge der griech. Etym., 1873 p. 621) rem in incerto relinquit, cum dicit: „Die Frage, wie sich δή zu δέ, wie sich beide zum hinweisenden und die Richtung angebenden δέ (ὅ-δε, οἶκόν-δε) und zu den lateinischen Pronominalformen *-d-em*, *da-m* verhalten, kann hier unerörtert bleiben".

2) Cf. Kühner (Ausführliche griechische Grammatik, II p. 817): „δέ stellt den Nachsatz dem Vordersatze gegenüber, gleichviel, ob jener einen wirklichen Gegensatz, oder eine blosse Gegenüberstellung ausdrücke".

3) Zeitschr. f. österr. Gymn., 1864 p. 320: „Diese Grundbedeutung „da", welche ursprünglich eine rein sinnliche, d. h. räumliche war, ist je nach der Natur des Satzgefüges verschiedenen Modificationen unterworfen. In manchen (verhältnissmässig wenigen) Fällen zeigt sich δέ in seiner ursprünglichen räumlichen Bedeutung; dagegen hat es in temporalen Satzgefügen die zeitliche Färbung (wie das deutsche „da", das lateinische „ibi, ubi") angenommen; ist ferner das Satzgefüge ein hypothetisches, so nimmt δέ die entsprechende modale Bedeutung „in diesem Falle, so" an".

4) Ita Od. 3, 278 sqq. *ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνέων,*
ἔνθα κυβερνήτην Μενελάου Φοῖβος Ἀπόλλων
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν.

Cf. Od. 11, 523 sqq.; 24, 172 sq.: ὅτε — ἔνθα; Od. 10, 87 sqq.: ἔνθ' ἐπεί — ἔνθα; Od. 12, 55 sq.: ἐπήν — ἔνθα.

5) Ita Il. 8, 180 sq.: *ἀλλ' ὅτε κεν δὴ νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσι γένωμαι,*
μνημοσύνη τις ἔπειτα πυρὸς δηίοιο γενέσθω.

temporali ut ὅτε vel ἐπεί, tamen Homerum duplicatam vim demonstrativam non evitasse, ex ea re colligi potest, quod (ut Il. 1, 478) etiam τότε et ἔπειτα coniunguntur, quarum utraque particula simili vi praedita est. Repugnat vero illi, quam proposuit Kvičala, explicationi id maxime, quod non desunt loci, in quibus illi δέ apodotico antecedit particula μέν. Sic legitur
post ὄφρα:

Il. 9, 550 sq. ὄφρα μὲν οὖν Μελέαγρος ἀρηίφιλος πολέμιζε,
τόφρα δὲ Κουρήτεσσι κακῶς ἦν.

Il. 12, 10 sqq. ὄφρα μὲν Ἕκτωρ ζωὸς ἔην καὶ μήνι' Ἀχιλλεύς,
— — — — — — — — — — —
τόφρα δὲ καὶ μέγα τεῖχος Ἀχαιῶν ἔμπεδον ἦεν.

Il. 18, 257 sq. ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ,
τόφρα δὲ ῥηίτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί.

Od. 9, 36 sq. ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,
τόφρα δ' ἀλεξάμενοι μένομεν πλέονας περ ἐόντας.

post ἐπεί:

Od. 11, 385 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ ψυχὰς μὲν ἀπεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλη,
ἁγνὴ Περσεφόνεια γυναικῶν θηλυτεράων,
ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο.

post εἰ:

Il. 23, 558 sq. Ἀντίλοχ', εἰ μὲν δή με κελεύεις οἴκοθεν ἄλλο
Εὐμήλῳ ἐπιδοῦναι, ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ τελέσσω.

Ex his locis cum appareat, δέ particulam in apodosi positam respondere particulae μέν in protasi, non potest aliter ea explicari, nisi per solitum illum vulgaremque vocis usum. Nam quanquam et μέν solitarium saepius invenitur, et saepissime δέ sine praecedente μέν exstat, dubitari tamen non potest, quin particulae μέν et δέ, ubi inter se respondent, utique altera ad alteram referantur. Sive igitur Kvičalam secuti particulam δέ vi demonstrativa praeditam esse concedimus, sive rem aliter explanamus, manet semper ea difficultas, quo modo in illa particula usus haud dubie paratacticus in enuntiatis hypotacticis explicandus esse videatur.

§ 14. De C. W. Krügeri sententia, qua δὲ ἀποδοτικόν putat ex δή esse correptum.

Cum igitur in eis, quae vir ille doctus ad explicandum δέ apodoticum proposuit, acquiesci non posse arbitremur, accedamus ad eam sententiam, quam rettulit C. W. Krügerus. Hic enim[1]) particulam δέ, ubi apud Homerum in apodosi inveniatur, correptam esse ait ex δή, id quod iam antea Devario[2]) placuerat.

Cf. Il. 3, 221 sqq.; Od. 2, 278 sqq.; Od. 15, 446 sq.; Od. 23, 88 sq.:
ἡ δ' ἐπεὶ εἰσῆλθεν καὶ ὑπέρβη λάινον οὐδόν,
ἕζετ' ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐναντίον ἐν πυρὸς αὐγῇ.

1) Griechische Sprachlehre, II § 65, annot. 2: „Als eine Abschwächung des δή erscheint δέ bei Homer oft im Nachsatz". — Bäumleinius quidem (Untersuchungen über die griech. Partikeln, 1861 p. 88), de etymologia universae particulae δέ agens, posteaquam commemoravit Klotzii sententiam, cuius nos pag. 11 annot. 5 mentionem fecimus, addidit: „Letztere Ansicht, dass δέ aus δή abgeschwächt ist, teilen auch Rost und K. W. Krüger". Sed si Krügeri verba accuratius inspexerimus, Bäumleinio hac in re non plane adstipulabimur, si quidem Krügerus in annotatione, quam supra laudavimus, non de universa illa particula loquitur, sed propriam ac peculiarem ipsius, quod ἀποδοτικόν vocamus, δέ vim atque indolem explicare vult.

2) Devarius ed. Klotz, I p. 59: „Ponitur etiam (δέ) ἀντὶ τοῦ δή et praesertim ἐν ταῖς ἀποδόσεσιν".

Sed ne hanc quidem explicandi viam persuadere nobis possumus esse rectam. Observandum est primum, cum *δὲ ἀποδοτικόν* saepe inveniatur solum cum alia particula non coniunctum, *δή* illud apud Homerum nunquam in apodosi solum exstare, sed maxime coniunctum cum particulis correlativis *τότε* et *τῆμος*, ut enascantur formae *τότε δή*[1]), *δὴ τότε*[2]), *τῆμος δή*.[3]) Neque hoc solum mirum videretur, si *δή* in apodosi, non eadem ratione qua *δέ*, etiam solum per se exstaret, sed ne id quidem neglegendum est, quod altera ex parte ipsae illae vocis *δή* comites correlativae nunquam apud Homerum iuxta *δέ* inveniuntur, cum tamen formae *δὲ τότε* vel *τότε δέ* sequente vocali, ante quam littera *ϝ* excideret, metricis certe versus Homerici rationibns non repugnarent. Cum particula *τόφρα*[4]) coniunctum legitur *δὲ ἀποδοτικόν* apud Homerum, nunquam cum *τότε*[5]) aut *τῆμος*.

An censeas ex diverso eiusmodi usu veri simile fieri *δὲ ἀποδοτικόν* ex particula *δή* correptum esse?

Accedit vero ad Krügeri sententiam refellendam alia eaque gravissima ratio, quod, ut iam supra[6]) monuimus, aliquoties ea, quae protasin sententiarum ducit, particula non sola, sed cum vocula *μέν* coniuncta invenitur, quo fit, ut in illis quidem exemplis duae sententiae aperte non hypotactice, sed paratactice inter se conectantur. Elucet igitur illis locis etiam in apodosi *δέ* solito more intellegendum esse ac minime, id quod Krügerus voluit, vicem particulae *δή* obtinere.

§ 15. De Kühneri explicatione („anderntheils"); de Hartungii *δέ* corresponsivo; de Naegelsbachii *δέ* oppositivo.

Alia explicandi ratione, quae etiam ipsa a solito particulae *δέ* usu recedit, Kühnerus[7]) utitur. Hic vir doctus usum apodoticum particulae *δέ* ex adverbiali eius significatione duxit, illam

1) Il. 10, 365 sqq.: ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλε μιγήσεσθαι φυλάκεσσι,
φεύγων ἐς νῆας, τότε δὴ μένος ἔμβαλ' Ἀθήνη
Τυδείδῃ.

Similiter Il. 11, 181 sq.; 23, 373 sq.; Od. 3, 286 sqq.; 4, 514 sq.

2) Od. 3, 269 sqq.: ἀλλ' ὅτε δή μιν μοῖρα θεῶν ἐπέδησε δαμῆναι,
δὴ τότε τὸν μὲν ἀοιδὸν ἄγων ἐς νῆσον ἐρήμην
κάλλιπεν οἰωνοῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι.

Similiter Od. 12, 329 sq.; 403 sq.; 14, 287 sq.; 301 sqq.

3) Od. 12, 439 sqq.: — ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη
κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν,
τῆμος δὴ τά γε δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

Similiter Od. 13, 93 sqq.

4) Il. 4, 220 sq.: ὄφρα τοὶ ἀμφεπένοντο βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,
τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων.

Od. 10, 125 sq.: ὄφρ' οἵ τοὺς ὄλεκον λιμένος πολυβενθέος ἐντός,
τόφρα δ' ἐγὼν ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
τῷ ἀπὸ πείσματ' ἔκοψα νεὸς κυανοπρῴροιο.

Similiter Il. 15, 343 sq.

5) Unum exemplum, in quo re vera *τότε* et *δέ* coniuncta inveniuntur, exstat in Hesiodi op. et dieb. 679 sqq.:
ἦμος δὴ τὸ πρῶτον, ὅσον τ' ἐπιβᾶσα κορώνη
ἴχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη
ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ' ἀμβατός ἐστι θάλασσα.

6) V. § 13, pag. 13.

7) Ausführl. griech. Gramm. II p. 816 sq.: „Der Gebrauch des *δέ* im Nachsatze erklärt sich aus seiner ursprünglichen Bedeutung „andererseits". Indem es dieser ursprünglichen Bedeutung „andererseits"

particulam, in qua olim infuisset notio „andererseits“, cum in apodosi ad praecedentia pertineret, maiore vi duarum sententiarum inter se relationem indicare arbitratus. Ex hac interpretandi ratione cum concludere possis, Kühnerum de *δέ* paratactico cogitasse, tamen ex annotatione[1]) ab eo adiecta apparet, parataxin eum reprobare. Quod si ita est, Kühneri verbis id non explicari intellegemus, quod maxime explicandum erat.

Non enim sufficit dicere particulam *δέ* fere nostro vocabulo „andererseits“ respondere; etiam id addendum est, hac particula, sive antecedenti *μέν* respondeat, sive sola exstet, alteram sententiam alteri paratactice opponi. Quod si non neglegimus, Kühneri explicatione ea quaestio nequaquam solvitur, quomodo fieri possit, ut paratactica illa particula in structuram hypotacticam transeat.

Similiter atque Kühnerus iam Hartungius et Naegelsbachius *δὲ ἀποδοτικόν* interpretati sunt, sed ita, ut constructionum, quae hanc particulam exhibent, duo genera discernerent.

Hartungius enim *δέ* coniunctivum, quod sententias paratactice coniungit, opponit *δέ* corresponsivo[2]), quod enuntiata non copulans nostris vocabulis „auch, andererseits“[3]) respondeat. Hoc in plerisque eis, ubi *δὲ ἀποδοτικόν* invenitur, exemplis exstare vult, quae non ita explicari possint, ut antecedentem aliquam particulam *δέ* vel aliam particulam adversativam repetitam esse[4]) putemus; esse autem ex eo numero sententias temporales et condicionales[5]), in quibus praecedentem in protasi particulam temporalem aut condicionalem sequatur in apodosi *δέ*.

Liceat ex illis exemplis, quae Hartungius affert, duo eligere:

Il. 5, 260 sqq. *αἴ κέν μοι πολύβουλος Ἀθήνη κῦδος ὀρέξῃ*
ἀμφοτέρω κτεῖναι, σὺ δὲ τούσδε μὲν ὠκέας ἵππους
αὐτοῦ ἐρυκακέειν.

Od. 20, 73 sqq. *εὖτ’*[6]) *Ἀφροδίτη δῖα προσέστιχε μακρὸν Ὄλυμπον,*
— — — — — — — — — — —
v. 77 *τόφρα δὲ τὰς κούρας Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.*

Naegelsbachius, ut ad hunc iam transeamus, totum hunc locum copiosissime tractavit.[7]) Qui quidem vir doctus, quid de apodotico particulae *δέ* usu iudicarit, Kühnerus, qui in explicando eo ipse non satis acute distinxit, in annotatione, quam supra attulimus, parum recte in-

---

gemäss auf ein Vorhergehendes hinweist, zeigt es nur auf nachdrückliche Weise das gegenseitige Verhältniss der beiden Sätze zu einander an; einerseits geschieht dies, andererseits jenes“.

1) l. l. p. 816, 1): „Da bei Homer das aus einem Vorder- oder Nachsatze bestehende Satzgefüge sich schon vollständig ausgebildet hat, so dürfte die Erklärung einer Parataxe schwerlich genügen“.

2) Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache, I p. 162: „Der Gebrauch des *δέ* liegt wie der des *τέ* und *καί* in 2 Feldern, dem corresponsiven und dem conjunctiven“.

3) l. l. p. 181: „In diesem Gebrauche besitzt *δέ* in seiner Weise die Bedeutung eines „auch“ . . . . ., welches mit „andererseits“ vertauscht werden kann“.

4) De hoc particulae usu infra agetur § 16.

5) „Homer gebraucht die Partikel häufig hinter solchen Vordersätzen, welche temporelle Conjunctionen an der Spitze haben, die Attiker dagegen nie. Nach hypothetischen Vordersätzen tritt sie bei beiden Schriftstellern gleich häufig ein.“

6) Hac quidem particula novam sententiam semper *ἀσυνδέτως* antecedentibus adiungi monet Hentzius in annotatione ad Od. 3, 9. Quod autem maxime particulae *ὅτε* et *ἐπεί* cum *ἀλλά* et *αὐτάρ* coniunguntur, veri simile est, etiam metricas causas esse respiciendas, cum illae particulae solae per se primum in hexametro locum obtinere nequeant. Neque alia fuisse causa videtur, qua motus poeta *ὅτε* potissimum cum *ἀλλά*, *ἐπεί* cum *αὐτάρ* coniungit.

7) Anmerkungen zur Ilias, Excurs XI.

tellexit. Hoc quidem quod Kühnerus illum dicentem facit („der Nachsatz werde nicht als ein Nachsatz betrachtet, sondern werde als selbständiger Satz dem Vordersatze angeschlossen“) magna ex parte restringendum est; non enim haec Naegelsbachii verba ad universum particulae δέ usum apodoticum pertinent, sed solum ad enuntiata temporalia[1]), cum illud δέ in correlativis et hypotheticis enuntiatis eadem fere ratione, qua Kühnerus usus est, a viro docto explicetur.

In his enim sententiis, quae ducuntur aut particula εἰ, aut pronominibus relativis, δέ adverbium factum esse censet[2]), cui particula αὖ plane respondeat.

Verum ut similes sunt Hartungii et Naegelsbachii explicationes Kühneri, ita isdem fere causis possunt refelli. Nam etsi apud Homerum raro discrimen invenitur inter eas sententias, quarum in apodosi αὖ vel αὖτε exstat, etsi saepe vel in eodem libro, ut fit in libro altero Iliadis, αὖ et δέ inter se excipiunt, tamen ex hac re colligi non debet, δέ plane eadem, qua αὖ particulam, vi atque natura praeditam esse. Particula enim αὖ et in parataxi et in hypotaxi pariter adhiberi potest, cum δέ particula, quae paratactici ordinis propria est, usui hypotactico per se prorsus repugnet.

Quodsi vel hac de causa rationem, qua δέ particulam Hartungius in sententiis corresponsivis, Naegelsbachius in sententiis relativis et hypotheticis positam interpretari student, nos quidem probare non possumus, etiam in ea re offensio videtur inesse, quod illi viri docti idem δὲ ἀποδοτικόν in aliis sententiis alia ratione explicant, cum sine dubio multo veri similius sit, in omnibus sententiis, ubi inveniatur, δὲ ἀποδοτικόν aeque esse explicandum.

§ 16. De Hartungii δέ coniunctivo.

Iam posteaquam earum explicationum, quibus viri docti δέ particulam in apodosi positam peculiari aliqua atque insueta ratione praeditam esse existimaverunt, nullam omnium exemplorum indoli convenire cognovimus, nihil aliud restat, nisi ut quaeramus, possitne fieri, ut etiam in apodotico δέ notus et vulgaris particulae usus agnoscatur.

Verum ei, qui hoc ipsum statuendum censuerunt, viri docti non eandem omnes explicandi viam ingressi sunt.

Hoc loco iterum idem Hartungius nominandus est, qui, ut in § 15 vidimus, in usu δέ apodotici duo genera discernit, corresponsivum genus et coniunctivum.[3]) Huic alteri attribuit innumerabiles illos locos, qui notum et simplicem particulae δέ usum exhibent. Sed ut eos locos explicet, qui in apodosi hoc δέ coniunctivum praebent, vir doctus ex duplicum periodorum constructione proficiscitur, in qua hoc schema inveniatur μέν — μέν, δέ — δέ. Posterioribus μέν et δέ (et particulae δέ loco poni posse etiam ἀλλά et αὐτάρ[4])) priores particulas repeti. Neque

---

1) De hac quidem explicationis Naegelsbachianae parte infra agemus § 21.

2) l. l. p. 255: „Wir erklären das δέ des Nachsatzes entweder für das fortführende, anreihende, oder für das entgegenstellende. Letzteres fügt sich bequem auch in unsere deutschen Nachsätze, da wir dafür Partikeln wie „dagegen, hinwiederum“ haben, und ändert an dem Verhältnisse des Vorder- und Nachsatzes wesentlich so wenig als die genannten deutschen Uebertragungen“. — Porro p. 258 sq.: „Das oppositive δέ des Nachsatzes tritt in zweierlei Arten von Sätzen auf, im correlativen und hypothetischen. Es ist in denselben zum Adverbium geworden und statt desselben kann auch αὖ stehen“.

3) Lehre von den Partikeln der griech. Sprache, I p. 165: „Die Partikel drückt Gegenüberstellung aus und wird darum gebraucht, wenn man von einer Person oder Sache zu einer anderen übergehen oder überhaupt äusserlich an einander reihen will“.

4) l. l. p. 177: „Bei Epikern steht an Stelle des ersteren δέ oft αὐτάρ und ἀλλά“.

necesse esse *δέ* semper praecedere, dummodo possit suppleri. Quod fieri si non possit, *δέ* mutandum esse in *δή*.[1])

Quodsi alteram hanc Hartungianae interpretationis partem inspexerimus, vel in ea re maxime offendemus, quod vir doctus ipse in dubio videtur versari, qui loci *δέ* corresponsivum, qui coniunctivum praebeant. Nam cum p. 184 corresponsivum *δέ* exstare censeat maxime in sententiis temporalibus et condicionalibus, tamen pagg. 175 sq. in numero eorum locorum, in quibus *δέ* coniunctivum esse vult, affert ea quoque exempla, quorum protasis ducitur particulis *ἐπεί* et *εἰ*.

Accedit, quod Hartungius in interpretando *δὲ ἀποδοτικοῦ* usu non ad fontem atque originem ascendit, sed fere in sermone Attico acquievit, quanquam is a sermone Homerico sane quam differt magnas periodos complexus, quae in carminibus Homericis eodem ambitu non inveniuntur.

Inutile est illud exemplum, quod Hartungius ex Il. 20, 41 sq. affert:

εἵως μέν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν,
τέως Ἀχαιοὶ μὲν μέγα κύδανον . . . . . . ,

cui opponitur illa altera periodus:

αὐτὰρ ἐπεὶ μεθ' ὅμιλον Ὀλύμπιοι ἤλυθον ἀνδρῶν,
ὦρτο δ' Ἔρις κρατερή.

Non enim in hoc exemplo repetit in versu altero *μέν* illam particulam *μέν*, quae in versu primo exstat, sed *μέν* in apodosi pertinet ad particulam *δέ*, per quam in eadem apodosi additur sententia:

Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον.[2])

Homerus si omnino duas eiusmodi periodos opponit, dicere solet: *μέν — δέ, δέ — δέ*[3]), ut legimus in

Il. 9, 508 sqq.: *ὃς μέν τ' αἰδέσεται κούρας Διὸς ἆσσον ἰούσας,*
τὸν δὲ μέγ' ὤνησαν καί τ' ἔκλυον εὐξαμένοιο·
ὃς δέ κ' ἀνήνηται καί τε στερεῶς ἀποείπῃ,
λίσσονται δ' ἄρα ταίγε . . . .

In hoc quidem exemplo respondet verbis *ὃς μέν* non *τὸν δέ*, sed *ὃς δέ*, cum duae illae, quas post *τόν* et post *λίσσονται* videmus, particulae *δέ* per se sint ita explicandae, ut in apodosi exstent.

---

1) l. l. p. 173 sq.: „*δέ* wird auch, ohne dass *μέν* vorhergeht, wiederholt. — Wo in dem Satze, zu dem man nach der Unterbrechung zurückkehrt, kein *δέ* gebraucht ist, auf welches ein solches (nachfolgendes) *δέ* als dessen Wiederholung bezogen werden könnte, da ist im Vorangehenden das Vorderglied enthalten, dem die Partikel in ihrer adversativen Kraft gegenüber gestellt wird. — Wo dagegeu auch dies Verhältniss nicht stattfindet, da ist die Partikel unstatthaft und in *δή* zu verwandeln".

2) Hoc recte intellexerunt iam Naegelsbachius (l. l., Excurs. XI p. 258) et Kühnerus (Griech. Gramm., II p. 812, annot.).

3) Werferus si in Actis philolog. Monacensibus I p. 95, ubi hac de re disputat, in similibus locis atque Herod. 2, 39 (*τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ καὶ Ἕλληνές σφισι ἔωσι ἐπίδημοι ἔμποροι, οἳ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν ἀπ' ὦν ἔδοντο· τοῖσι δὲ ἂν μὴ παρέωσι Ἕλληνες, οἳ δ' ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποταμόν*) in priore periodo in locum repetitae particulae *μέν* succedere posse voculam *δέ* (*οἳ δὲ φέροντες*) dicit, non recte videtur statuisse. Neque enim unquam *δέ* particulae *μέν* locum tenere potest; immo illud *δέ* in enuntiato Herodoteo „*οἳ δὲ . . . . ἀπ' ὦν ἔδοντο*" eodem modo explicandum est, quo Homericum *δέ* de quo agimus *ἀποδοτικόν*; contra antecedens *μέν* referendum est ad duarum periodorum inter se oppositionem.

Videmus igitur in paucis maioris ambitus exemplis, ubi quis δέ repetitum esse censeat, naturam locorum minime ad hanc explicationem quadrare. Accedit, quod id ipsum molestius est, quod Hartungius δέ in apodosi omnino vult duplici ratione interpretari.

Porro etiam illud Hartungio obici potest, quod δὲ ἀποδοτικόν, ut iam supra[1]) monuimus, etiam ita invenitur, ut antecedenti μέν respondeat. An potest obscurum esse, haec quidem exempla rationi Hartungianae ab omni parte adversari?

§ 17. De G. Hermanni sententia, qua δέ apodoticum per ἀνακολουθίαν explicandum censet.

Neque magis cum Godofredo Hermanno consentire possumus, qui in apodotico particulae δέ usu nihil aliud cernendum putat nisi ἀνακόλουθον.[2]) Cuius quidem viri docti sententiam etiam Klotzius[3]) probavit.

Scilicet cavendum est omnino, ne prius unquam de anacoluthia cogitemus, quam de alia explicandi via desperandum esse nobis persuaserimus. Quod in hac quidem, quam nunc tractamus, quaestione nisi paucis quos infra[4]) afferemus locis non recte fieri arbitramur. Accedit, quod inter ea enuntiata, in quibus δὲ ἀποδοτικόν legitur, tam brevia inveniuntur, ut certe parum sit veri simile[5]), in paucorum verborum spatio anacoluthon a poeta admissum esse.

Porro quod eorum locorum, in quibus anacoluthon statuendum esse Hermannus iudicat, tantus est numerus, non potest non excitare suspicionem. Nam quae in uno alterove enuntiato admitti potuerint, ea tam multis locis repetita placeant?

Quid, quod praeter ea exempla, in quibus δὲ ἀποδοτικόν invenitur, alii multi loci exstant, in quibus plane similiter aliis particulis paratacticis apodosis ducitur! Mirum esset, si etiam in his omnibus exemplis anacoluthiam statui necesse esset.

§ 18. Loci Homerici, ubi aliae particulae adversativae (ἀλλά, αὐτάρ) in apodosi inveniuntur.

Primum igitur particulae adversativae ἀλλά et αὐτάρ in apodosi inveniuntur[6]), et ita quidem, ut respondeant antecedentibus particulis εἰ vel εἴπερ.

Il. 1, 81 sq. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον.

Il. 1, 280 sq. εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ,
ἀλλ᾽ ὅδε φέρτερός ἐστιν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.

---

1) V. supra § 13.

2) ad Vigerum p. 785: „Usitatum Graecis est, post plerasque particulas temporales in iisque maxime post ἐπεί, per anacoluthon inferre in apodosi particulam δέ". — Quanquam idem vir doctus (ad Soph. Philoct. 87) δέ in apodosi ita explicat, ut semper respondeat antecedenti μέν; quod nisi exstet suppleri debere.

3) ad Devarium II 1842 p. 369: „Orationis anacoluthia aut abruptus quidem sermo, quod genus dissolutae quasi orationis Graeci oppositionis amantissumi non veriti sunt committere, in omnibus locis conspicuus est".

4) V. § 22 extr. et § 26 extr.

5) Longius etiam progreditur Kvičala, qui in brevibus eiusmodi enuntiatis anacoluthiae putat locum omnino esse non posse (l. l. p. 319: „Die Annahme eines Anakoluths erscheint durchaus unzulässig, wenn wir bedenken, dass diese Erscheinung oft innerhalb ganz kurzer Sätze statt findet"). — Sed posse omnino id fieri nos non prorsus negaverimus cum viro docto. Etiam germanice per similem anacoluthiam constructionis dicere licet: „So warm es draussen ist — es friert mich doch".

6) De apodotico particulae ἀλλά (ἀλλά τε) usu cf. Naegelsbachius, Anmerkungen zur Ilias, ad Il. I 82; Klotzius ad Devarium II p. 67.

Iam scholiis docetur, in hoc exemplo dubitari posse, utrum post *ἐσσι*, an post *μήτηρ* interpungendum sit. Quod si post *ἐσσι* interpungimus, sententia, quae verbis „*θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ*“ exprimitur, causam sententiae condicionalis praebet, ut illud *δέ* in apodosi exstet; sin autem post *μήτηρ* interpungimus, protasis duabus sententiis per *δέ* coniunctis continetur, quam apodosis verbo *ἀλλά* ducta sequitur. Editores rem ita expediverunt, ut apodosin alteri versui attribuerent; atque iure quidem, maxime propterea, quod positivo *καρτερός*, qui exstat in protasi, opponitur in apodosi comparativus *φέρτερος*. Particula igitur *εἰ* latine non per „si“ reddenda est, sed per „etsi“, ut sententia evadat: „Etsi tu validus es atque dea te genuit, tamen ille melior est, quod pluribus imperat“.

Il. 8, 153 sq. *εἴπερ γάρ σ' Ἕκτωρ γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φήσει,*
ἀλλ' οὐ πείσονται Τρῶες καὶ Δαρδανίωνες.

Il. 10, 225 sq. — — *μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ,*
ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Il. 11, 794 sqq. *εἰ δέ τινα φρεσὶν ᾗσι θεοπροπίην ἀλεείνει,*
καί τινά οἱ πὰρ Ζηνὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ,
ἀλλά σέ περ προέτω, ἅμα δ' ἄλλος λαὸς ἑπέσθω
Μυρμιδόνων.

Il. 12, 361 sq. *εἰ δὲ καὶ ἐνθάδε περ πόλεμος καὶ νεῖκος ὄρωρεν,*
ἀλλά περ οἶος ἴτω Τελαμώνιος ἄλκιμος Αἴας.

Il. 16, 36 sqq., qui locus simillimus est loco Il. 11, 794sqq., quem modo laudavimus.

Il. 19, 164 sq. *εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μενοινάᾳ πολεμίζειν,*
ἀλλά τε λάθρῃ γυῖα βαρύνεται.

Il. 21, 576 sq. *εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ ἠὲ βάλῃσιν,*
ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει
ἀλκῆς.

Il. 24, 768 sqq. *ἀλλ' εἴ τις με καὶ ἄλλος ἐνὶ μεγάροισιν ἐνίπτοι,*
— — — — — — — — — — —
v. 771 *ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι παραιφάμενος κατέρυκες.*

Od. 19, 85 sq. *εἰ δ' ὁ μὲν ὧς ἀπόλωλε καὶ οὐκέτι νόστιμός ἐστιν,*
ἀλλ' ἤδη παῖς τοῖος Ἀπόλλωνός γε ἕκητι
Τηλέμαχος.

Il. 3, 288 sqq. *εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες*
τίνειν οὐκ ἐθέλωσιν Ἀλεξάνδροιο πεσόντος,
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα μαχήσομαι εἵνεκα ποινῆς.

Verba *τίνειν* usque ad *ποινῆς* lexicon etymologicum magnum 679, 9 in unum versum contraxit hunc:

τίνειν οὐκ ἐθέλωσι, μαχήσομαι εἵνεκα ποινῆς.

Sed deest idonea causa, qua commoti codicum lectionem mutemus. Imo, si non *αὐτάρ*, certe pronomen *ἐγώ*, quod opponatur verbis *Πριάμοιό τε παῖδες*, valde desideraremus, si lectionem lexici etymologici magni sequeremur. Rectissime igitur editores integros versus retinuerunt; apodoticum enim particulae *αὐτάρ* usum similis tuetur usus, quem exemplis supra allatis in particula *ἀλλά* apparere ostendimus.

Il. 22, 389 sq. *εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν Ἀίδαο,*
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ κεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου.

§ 19. Loci Homerici, ubi particulae coniunctivae (*τέ*, *καί*) in apodosi inveniuntur.

Quemadmodum in paragrapho antecedenti adversativas particulas, quae proprie sint structurae paratacticae, in hypotacticam constructionem transire vidimus, ita coniunctivae particulae *τέ*[1]) et *καί* non minus inveniuntur in apodosi. Prior quidem earum particularum paucis locis legitur:

Il. 1, 218 *ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.*

Il. 12, 48 *ὅππη τ' ἰθύσῃ, τῇ τ' εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν.*

Il. 15, 395 sqq. *αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῖχος ἐπεσσυμένους ἐνόησε*
Τρῶας, ἀτὰρ Δαναῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε,
ᾤμωξέν τ' ἄρ' ἔπειτα καὶ ὣ πεπλήγετο μηρώ.

Contra admodum multis locis Homericis *καί* particula invenitur in apodosi, cuius usus exempla in lexico Homerico, quod edendum curat Ebelingius, ad unum omnia collecta sunt sub voce *καί*. Longe autem saepissime particula *καί* ita in apodosi apparet, ut coniuncta inveniatur cum particula *τότε*.[2])

§ 20. Quomodo *καί* in apodosi explicandum sit.

Ceterum in explicando hoc particulae *καί* usu apodotico viri docti non plane consentiunt. La Rochius (ad Il. 1, 477) *καί* confert cum latina particula ac, quae ipsa in apodosi locum habere potest. Idem ceteri editores statuerunt. Contra Naegelsbachius[3]) particulam *καί*, ubi in apodosi inveniatur, vertendam esse per nostrum „auch" censet. Exemplum illud ex Il. 1, 477 sq. sumptum

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
καὶ τότ' ἔπειτ' ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν

ita explicat: „Cum sol oreretur, non solum hoc factum est, sed etiam altum petiverunt". Sed haec quidem explicatio re vera ad parataxin recurrit. Nam si Naegelsbachium secuti supplemus verba „non solum hoc factum est", haec nihil aliud significare possunt, nisi: sol ortus est. Habemus igitur iam sententiam primariam, quacum verba insequentia simpliciter per *καί* particulam coniunguntur.

Non aliter fere atque Naegelsbachius iudicant Nitzschius[4]) et Kühnerus.[5]) Contra

---

1) De *τέ* particulae usu in structura hypotactica cf. Classenius, Beobachtungen über den Homer. Sprachgebrauch, 1864 p. 31.

2) Cf. Krüger, Griech. Gramm., II 69, 18, 1; 65, 9, 1.

3) Anmerkungen zur Ilias (ad 1, 478): „*καί* steht im Nachsatze nicht etwa, wie *δέ*, als Rest einer alten Nebeneinanderstellung der Sätze. Es ist bei Homer sichtlich auf dem Wege, die Function der blossen Verbindung zu bekommen. In den Versen:

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
καὶ τότ' ἔπειτ' ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν.

gehört *καί* zu *ἀνάγοντο*: „Als die Sonne aufgieng, geschah nicht nur dies, sondern sie stachen auch in die hohe See."

4) Erklärende Anmerkungen zur Odyssee III p. 205 (ad 11, 110).

5) Ausführl. Gr. Gramm. II p. 798 annot. 2: „Wenn bei Homer *καί* den Nachsatz einleitet, so ist es nicht für die Conjunction = und, sondern für das Adverbium auch zu halten".

dissentit Baumeisterus[1]), si quidem nunquam significationem „auch“ in apodotico illo *καί* admittere vult vir doctus.

Quodsi has sententias contrarias contulerimus, verum intellegemus in medio positum esse. Exstant enim re vera loci, in quibus fieri non potest quin *καί* in apodosi positum per „etiam“ vertatur. Eiusmodi loci sunt:

Od. 7, 74 *οἷσίν τ' εὖ φρονέῃσι, καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει.*

Od. 17, 223 sqq. *τόν γ' εἴ μοι δοίης σταθμῶν ῥυτῆρα γενέσθαι,*
καί κεν ὀρὸν πίνων μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο.

Od. 17, 407 sq. *εἴ οἱ τόσσον ἅπαντες ὀρέξειαν μνηστῆρες,*
καί κέν μιν τρεῖς μῆνας ἀπόπροθεν οἶκος ἐρύκοι.

Contra in reliquis locis veri simile non videtur *καί* particulae eandem hanc vim esse tribuendam. Certe si quis nihilo minus in paucis exemplis, ubi *καί* solum per se in apodosi exstat, dubitet, utrum *καί* sit adverbium „etiam“, necne, idem non dubitabit concedere in eis exemplis, ubi *καί* et *τότε* coniuncta inveniuntur[2]), in *καί* particulam significationem vocis etiam minime quadrare.

Nam si Nitzschius[3]) in eiusmodi sententia particulam *καί* non ad *τότε*, sed ad verba insequentia referendam esse ait, errare videtur vir doctus; si quidem ex illius ratione interpretandi *καί* non ante *τότε*, sed post hanc particulam ponendum erat. Nobis autem eo minus mirandum est, *δέ* particulam paratacticam in apodosi inveniri, quoniam in paragrapho antecedenti vidimus, etiam particulas *ἀλλά*, *αὐτάρ*, *τέ* in apodosi exstare.

§ 21. De explicatione *δέ* apodotici ex parataxi logica, quam statuunt Naegelsbachius (in *δέ* coniunctivo) et Classenius.

Quodsi magnum eorum locorum numerum consideraverimus, in quibus sententia apodotica paratacticis particulis *ἀλλά*, *αὐτάρ*, *τέ*, *καί* ducitur, apparebit nihil obstare, quin etiam *δέ* particulam in apodosi naturalem et principalem significationem servasse statuamus.

Atque re vera exstiterunt viri docti, qui studerent demonstrare, quomodo explicandum esset, quod particula *δέ*, quanquam natura eius paratactica esset, nihilo minus in hypotactica sententiarum structura inveniretur. Copiosiore disputatione diligentissime hunc locum pertractavit

---

1) Hymni Homerici, 1860 p. 204 (ad hymn. Merc. 106): „Cf. Naegelsb. ad *Α* 478, a quo in eo tantum dissentio, ut illi *καί* in apodosi posito nunquam vim particulae nostrae auch subesse censeam“.

2) De hac coniunctione particularum *καί* et *τότε* cf. Krüger, Griech. Gramm. II § 65, 9, 1 et § 69, 18, 1.

3) Anmerkungen zur Odyssee III p. 205 sq. (ad 11, 110 sq.): „Um zu unserem Satze

τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάᾳς νόστου τε μέδηαι,
καί κεν ἔτ' εἰς Ἰθάκην κακά περ πάσχοντες ἵκοισθε

zurückzukommen, durch dieselbe Partikel (*καί*) wird endlich auch überhaupt die Beziehung von Bedingung und Folge ausgedrückt, werde die Bedingung nun wie IV 587—89 durch den Imperativ geheischt, oder wie in unserer Stelle nur gesetzt. Wie es in jener Stelle: *ἄγε νῦν ἐπίμεινον —, καὶ τότε σ' εὖ πέμψω*, unpassend sein würde zu verstehen „auch dann (so gut wie jetzt)“, da der Sinn vielmehr ist „dann will ich dich auch schön geleiten“; so wäre hier die Erklärung „auch nach Ithaka (wie nach Thrinakia)“ ganz unzulässig; es ist *καί* auf die ganze Verheissung zu beziehen“.

Naegelsbachius[1]), qui[2]) oppositivum δέ apodotici in sententiis condicionalibus et relativis usum discernit a coniunctivo usu, qui in sententiis temporalibus exstet.[3])

Putat concedendum esse in enuntiatis temporalibus[4]) sententiae protaticae ea coniunctione, qua ducatur, sine dubio naturam hypotacticam attribui. Obversari autem poetae animo vetustiorem formam dicendi, qua sententiae paratactice coniungantur. Propterea sententiam protaticam ex logica quidem ratione spectatam nihil aliud esse nisi enuntiationem primariam; et ex hac quidem ratione explicandum esse, quod sententiae apodoticae δέ paratacticum addatur.

Plane similiter Classenius[5]) δέ apodoticum putat explicandum esse. Cum autem Naegelsbachius logicam parataxin agnosceret tantummodo in sententiis temporalibus, Classenius hanc parataxin ad omnes omnino locos refert, in quibus δέ apodoticum invenitur.[6]) Atque id, in quo ab hoc viro docto Naegelsbachius dissentit, ne nobis quidem placet; gravior enim causa deest, qua commoti alia sententiarum genera, in quibus δέ apodoticum invenitur, aliter explicemus.

Contra in eis, de quibus inter ipsos convenit, viris doctis adstipulari non possumus. Nam si concedimus protasin ex grammatica ratione esse sententiam secundariam, fieri non potest, quin etiam id concedamus, poëtam, cum pergat, quasi sententia primaria antecesserit, ad anacoluthiam delabi, quam tot locis admissam esse cur veri simile esse nequeat, nos iam supra[7]) significavimus. Atque eo minus nobis persuadere possumus, Homerum, cum in sententia protatica praemissis particulis ὅτε, ὡς vel relativo pronomine ὅς in apodosi δέ poneret, in illa sententia protatica grammatice sententiam secundariam intellexisse, si in memoriam revocamus, non raro in sententia protatica particulam μέν inveniri.

---

1) Anmerkungen zur Ilias, 1834, Excurs XI.

2) ut supra monuimus § 15.

3) l. l. p. 255 sq.: „Eigentliche Schwierigkeit macht im Nachsatze das fortführende, selbständige Sätze an einander reihende δέ. Finden wir im Nachsatze ein nicht entgegenstellendes δέ, so ist dies ein Zeichen, dass der Nachsatz nicht als Nachsatz betrachtet, sondern als selbständiger Satz dem Vordersatze angeschlossen wird und seine natürliche Unselbständigkeit gleichsam vergessen hat".

4) l. l. p. 256: „Da sich weder das Wesen des durch die einleitenden Conjunctionen für immer charakteristischen Vordersatzes, noch die den Vordersatz voraussetzende Natur des Nachsatzes geändert hat, so finden wir beide Sätze logisch als das gelassen, was sie sind; grammatisch aber bietet der Nachsatz eine Erscheinung dar, die seinem Wesen fremd ist". — Porro: „Wir sehen die Periode in ihren Grundbestandteilen, dem Vorder- und Nachsatze wirklich gegeben. Aber man war sich dieser noch nicht als des Vorder- und Nachsatzes bewusst".

5) Beobachtungen über den Homerischen Sprachgebrauch, 1867, p. 30—32: „Durch die Anknüpfung durch parataktische Partikeln wird das Gesetz der Unterordnung alterirt . . . . . . Viel weiter aber, als die bloss gleich stellende Anknüpfung von Vorder- und Nachsatz durch die einfache Capula, reicht im Homerischen Sprachgebrauch die in stärkerem oder schwächerem Gegensatze gegenüberstellende Verbindung beider durch Adversativpartikeln. Hier bricht noch entschiedener die Kraft des realen Inhalts des Gedankens durch die formale Regel der Periode hindurch."

6) l. l. p. 32: „Von den einfachen Gegensätzen verbreitet sich dann der Gebrauch weiter über längere Perioden, wo es oft weniger die Schärfe einer Antithesis, als die Hervorhebung des Ueberganges zu einer anderen Seite hin ist, welche die Partikel δέ im Nachsatze herbeiführt".

7) V. § 17 extr.

8) Cf. supra § 13.

§ 22. De explicatione δέ apodotici ex parataxi grammatica, in qua, a Thierschio et Buttmanno primum proposita, videtur esse acquiescendum.

Restat igitur solum, ut δέ apodoticum ex vera parataxi explicare studeamus, quae etiam ex grammatica ratione intellegenda sit. Atque hanc explicationem re vera probaverunt Thierschius et Buttmannus.

Thierschius[1]), cum de conexu sententiarum loquitur, recte docet, unicuique linguae esse aetatem puerilem, qua singula enuntiata paratactice inter se coniungantur. Huius aetatis puerilis esse etiam poetam epicum; nam etsi apud eum hypotaxis, qua posterioris aetatis scriptores usi sunt, non plane desit, semper tamen iuxta eam inveniri structuram paratacticam[2]). Homericum loquendi usum nondum sibi constare, cum constructio paratactica hypotacticam excipiat, hypotactica paratacticam. Maxime hoc apparere in enuntiatis relativis, ubi formae demonstrativae ὁ, ἡ, τό non minus saepe inveniantur, quam relativae ὅς, ἥ, ὅ.

Δέ autem apodoticum, quod exstet in sententiis relativis, temporalibus, condicionalibus, ita explicandum esse, ut in relativis sententiis cernamus duas eiusdem iuris sententias primarias demonstrativas, cum in condicionalibus et temporalibus sententiis antiqua vis adverbialis servata sit, qua pristinis temporibus illae, quibus protasis ducatur, particulae praeditae fuerint, qua re protasis illa fiat sententia primaria, cui altera sententia paratactice adiungatur. Sic εὖτε, compositum ex εὖ et τέ, significare „atque simul" [3]) Thierschius igitur omnes putat sententias' in quibus δέ apodoticum inveniatur, esse reliquias vetustae parataxis.

Ad eandem sententiam pervenit Philippus Buttmannus[4]), sed in ea re a Thierschio differt, quod, quomodo hypotaxis ex parataxi orta sit, magis illustrat. Si duarum sententiarum altera referatur ad alteram, hoc antiquissimis temporibus censet simpliciter expressum esse pronominibus et adverbiis, quae particulis copulativis et adversativis coniungantur.

Exemplum huius relationis affert τόφρα μέν — τόφρα δέ; quam quidem oppositionem re vera non iam inveniri, sed sine dubio aliquando exstitisse arbitratur. Duas has sententias particulam demonstrativam τόφρα exhibere, cui in altera μέν, in altera δέ particula addita sit. Paulatim particulas correlativas parvo discrimine mutatas esse, ut insequenti τόφρα δέ responderet in priore sententia ὄφρα μέν. Cum denique etiam particulae copulativae μέν et δέ excidissent, oppo-

---

1) Griech. Gramm. bes. des Hom. Dialects § 315, 3): „Derjenige, dessen Besinnung über sich selbst und sein Denken noch nicht ausgebildet ist, achtet und bezeichnet es kaum, dass seine Gedanken in einem inneren Zusammenhange stehen; ein Gedanke scheint dem andern zu folgen und alle werden durch die einfachsten Bindewörter, durch τέ, καί, μέν, δέ in einer Reihe nach einander gestellt . . . . . In diesem Nacheinander redet das Kind . . . . .; ähnlich ihm derjenige, welcher ihm nahe steht, der Orientale und oft auch der epische Dichter".

2) l. l. § 315, 4): „Doch schon in dem epischen Vortrage ist die griechische Sprache zum vollen Bewusstsein eines inneren Zusammenhanges der Gedanken gekommen und hat ihm gemäss die Fügungen der Rede angeordnet, zwar alles noch einfach, auch so, dass neben der strengen Verbindung die ursprüngliche lockere des Nacheinander noch eintritt".

3) l. l. § 317, 3, a). — Ceterum veram esse hanc ipsam etymologiam concedere non possumus. Vaničekius (Griech.-lat. Wörterb. I p. 90) εὖτε idem verbum esse censet, quod ἠύτε; G. Curtius contra (Grundzüge der griech. Etymol., 1873, p. 595) iure dicere videtur, idem εὖτε valere, quod ὅτε.

4) In excurs. ad Demosth. Mid., ed. V p. 142: „Nimirum in simplici orationem conectendi forma quoties duae praepositiones in aliqua relatione essent, illud pronominibus tantum et adverbiis indicabatur, quae particulis quibusdam copulativis vel continuativis vel etiam adversativis conectebantur". (Quam quidem explicationem Hartungius l. l. p. 183 appellat „wunderlich").

sitionem mere hypotacticam ortam esse ὄφρα — τόφρα. Quo facto in coniunctione verborum ὄφρα — τόφρα δέ Buttmannus δέ iudicat pleonasticum visum esse et toti enuntiato speciem anacoluthiae attribuisse.[1]) Similiter atque ὄφρα etiam alia pronomina, coniunctiones, relativa, adverbia se habere. Cum autem, sive inter se opponantur μέν et δέ, sive simplex particula δέ posita sit, quae apud Homerum imprimis exstet saepissime, sive etiam hoc δέ desit, discrimen significationis frustra quaeratur, Buttmannus[2]) censet plurimis locis poetam metricis causis commotum modo posuisse δέ, modo omisisse.

Ut hunc locum statim absolvamus, concedendum nobis est, quibusdam locis usu δέ apodotici simul syllabam produci aut hiatum vitari, ut

Il. 5, 438 sq. ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος,
δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων

(cf. Il. 10, 507; 11, 411 sq.; 714; Od. 24, 205), ubi particula δέ inserta hiatus tollitur, et

Il. 16, 198 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντας ἅμ' ἡγεμόνεσσιν Ἀχιλλεὺς
στῆσεν ἐὺ κρίνας, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν

(cf. Od. 7, 340 sq.), ubi δέ particula efficit, ut syllaba antecedens positione producatur.

Sed sunt etiam loci, eique non pauci, ubi causa eiusmodi nulla exstat, qua commotus poeta illud δέ posuerit; ut

Il. 6, 474 sq. αὐτὰρ ὅγ' ὃν φίλον υἱὸν ἐπεὶ κύσε πῆλέ τε χερσίν,
εἶπε δ' ἐπευξάμενος Διί τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν

(cf. etiam Il. 7, 148 sq.; 20, 47 sq.; 23, 62; Od. 5, 365 sq.). In his enim exemplis, si poeta tantummodo hiatum tollere studeret, facillimum erat, terminationibus ν ἐφελκυστικῷ auctis uti et pro εἶπε δ' scribere εἶπεν. Porro si nihil aliud ageret Homerus in Od. 4, 120 sq.: εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, Ἐκ δ' Ἑλένη θαλάμοιο θυώδεος ὑψορόφοιο Ἤλυθεν, nisi ut produceret primam alterius versus syllabam, pro ἐκ δ' Ἑλένη multo facilius scribere poterat ἐξ Ἑλένη. Maxime autem idonea, quae hoc loco afferantur, sunt tria haec exempla:

Il. 2, 321 sq. ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα θεῶν εἰσῆλθ' ἑκατόμβας,
Κάλχας δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοπροπέων ἀγόρευεν.

Il. 21, 49 sqq. τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
γυμνὸν — — — — — — — — ,
v. 53 ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

Od. 22, 457 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πᾶν μέγαρον διεκοσμήσαντο,
δμωὰς δ' ἐξαγαγόντες ἐυσταθέος μεγάροιο
— — — — — — — — — —
v. 460 εἴλεον ἐν στείνει.

In his enim locis manifestum est metricis causis poetam minime cogi, ut δέ particulam inserat.

Quodsi explicationem ex grammatica parataxi a Thierschio et Buttmanno propositam accuratius consideraverimus, concedendum erit de universa re viros doctos recte iudicasse. Sed tamen aliquid est, cur in illorum explicatione offendamus. — Thierschius enim significavit

1) Minus accurate idem vir doctus, qui p. 142 de specie tantum anacoluthiae loquitur, p. 143 dicit: „Hic usus, ut diximus, inter anacolutha referri potest".

2) l. l. p. 143: „ut plerumque ob metrum illa (particula δέ) nunc admittatur nunc excludatur".

solum, quomodo δέ apodoticum explicandum sit, non perquirens accuratius, quomodo paulatim parataxis in hypotaxin transierit. — Buttmannus ad fontem ipsum ascendit recteque intellexit in sententiis temporalibus quidem initio non solum sententiae primariae eam, quae postea secundaria facta esset, paratactice adiunctam, sed relationem duarum sententiarum praecipuis particulis correlativis expressam fuisse, quae illis particulis μέν et δέ coniungerentur. Sed neque exemplo, quod affert vir ille doctus, proprium illius dicendi generis satis illustratur, et videtur Buttmannus in ea re errasse, quod proficiscitur a correlatione τόφρα μέν — τόφρα δέ, non ab ὄφρα μέν — ὄφρα δέ.

Hoc igitur est veri simillimum antiquissimis temporibus hypotacticam structuram a lingua omnino alienam fuisse et plurium sententiarum inter se relationem potius ea re effectam esse, quod paratactice coniungerentur, non raro accedentibus voculis correlativis.[1]) Et relativas quidem sententias illa ratione explicare, minime difficile est; nam hoc constat, vocabula ὅς[2]) et ὡς primo demonstrativa vi praedita fuisse, plurimique loci exstant apud Homerum, in quibus idem illa significant, quod Romanorum is vel ita.

In temporalibus autem sententiis si illi loci, in quibus δέ apodoticum invenitur, re vera interpretandi sunt per parataxin grammaticam, necesse est particulas protasin ducentes adverbiali vi etiamtum praeditas fuisse.[3]) Atque particulas ὅτε, ἕως, ὄφρα primo adverbiorum vim habuisse ex ipsis carminibus Homericis colligi potest, ubi illae in singulis quibusdam locis[4]) significant „eine Zeit lang". Etiam εἰ particulam primo non fuisse coniunctionem, sed interiectionem L. Langius[5]) gravissimis causis demonstrare instituit.

Sed quod de his particulis magis magisque cognitum est, vetustissimum earum usum fuisse adverbialem, hoc etiam ad reliquas particulas protasin ducentes pertinere ex analogia, nisi me fallit, colligere licet; i. e. etiam ἦμος et ἐπεί (praesertim si Curtii[6]) sententiam probamus, ut hanc particulam ortam esse censeamus ex ἐπί et εἰ) initio adverbia fuisse, et demonstrativa quidem significatione, quae paulatim in indefinitam transisset. Quid? in particulis ὅτε, ἕως, ὄφρα, ἦμος nonne illud eo magis consentaneum videbitur, si conferemus cum pronomine ὁ ἡ τό? Nam si Vaničekium[7]) secuti putamus quattuor illas particulas ex pronominis ὁ ἡ τό stirpe formatas esse, veri simile est, ut huic pronomini initio mere demonstrativam vim fuisse constat, ita particulas ex eadem stirpe ductas demonstrativam vim habuisse. Atque propter hanc maxime causam vetustissimam duarum sententiarum inter se relationem non cum Buttmanno τόφρα μέν — τόφρα δέ, sed potius ὄφρα μέν — ὄφρα δέ existimemus, quae similiter inter se respondeant, atque ὃς μέν — ὃς δέ, ὡς μέν — ὣς δέ. Hunc enim in duabus, quarum altera ad alteram refertur,

---

1) Cf. etiam Grummius in Progr. Gera. 1879 (Homerische Miscellen; 1) zur hom. Parataxis) p. 17: „Man würde sehr irren, wenn man nicht zugestehen wollte, dass in der Parataxe auch Reste alter einfachster Redeweise zu erkennen wären".

2) Cf. Curtius, Grundzüge der griech. Etymol., 1873, p. 399 et 590; Vaniček, Griech.-lat. etym. Wörterb. p. 745; Windisch in Curtii Studien II p. 235 sq.

3) Hoc vidit etiam Kvičala l. l. p. 319: „Es bliebe sonst, wie gesagt, nur übrig, eine weitere Consequenz zu ziehen und zu behaupten, der Dichter habe z. B. Il. 1, 137 das εἰ noch in seiner ursprünglichen demonstrativen Geltung und den Vordersatz als einen selbständigen Satz gefühlt, welche Annahme natürlich (?) unmöglich ist".

4) Sic invenitur ὀτέ Il. 17, 178; — ἕως Il. 12, 141; 13, 143; 15, 277; 17, 727; 730. Od. 2, 148; 3, 126; — ὄφρα Il. 15, 547.

5) Der Homerische Gebrauch der Partikel εἰ I p. 178.

6) Grundzüge d. griech. Etym. p. 396.

7) l. l. p. 745 sq.

sententiis coniungendis primum gradum statuimus, si in utraque idem pronomen vel eadem particula demonstrativi generis invenitur, cum adiectae particulae *μέν* et *δέ* alteri alteram sententiam opponant. Atque ex hoc quidem dicendi genere quanquam nunc tantummodo verborum ὃς *μέν* — ὃς *δέ* (vel ὁ *δέ*), *ὡς μέν* — *ὣς δέ* inter se relatio re vera exstat, tamen ex analogia colligimus initio etiam *ὄφρα δέ* respondisse verbis *ὄφρα μέν*, atque aeque *ἦμος δέ* ad *ἦμος μέν*, *ὅτε δέ* ad *ὅτε μέν*, *ἕως δέ* ad *ἕως μέν* relatum esse.

Sed paulatim lene discrimen factum est inter pronomina vel particulas prioris et posterioris sententiae, ut antecedentibus *ἦμος*, *ὅτε*, *ἕως*, *ὄφρα* responderent *τῆμος*, *τότε*, *τέως*, *τόφρα*. Ideoque ex illo *ὄφρα μέν* — *ὄφρα δέ* ortum est *ὄφρα μέν* — *τόφρα δέ*.

Quin etiam longius processit lingua; neque enim semper eae particulae correlativae, quae ex eadem stirpe formatae erant, inter se respondebant, sed singulis inter se mixtis exstiterunt coniunctiones: *ὅτε μέν* — *τόφρα δέ*; *ἕως μέν* — *τόφρα δέ*.

Cavendum est autem, ne in his exemplis, ubi *ὄφρα* respondet insequenti *τόφρα* vel simili particulae, *ὄφρα* coniunctionem esse hypotacticam censeamus. Hoc enim fieri non posse, inde maxime apparet, quod sententia, in qua *τόφρα* (*τότε* cett.) invenitur, paratactice adiungitur aut particula *δέ* sola, aut *μέν* et *δέ* particulis inter se respondentibus.

Postremo factum est, ut correlativum *τόφρα* plane excideret et solum *δέ* in sententia posteriore servaretur.

In quattuor illis paratacticae coniunctionis gradibus hoc tenendum est, in sententia priore *μέν* modo exstare, modo deesse, in apodosi *δέ* semper inveniri. Haec parvula particula, sive praecedit *μέν*, sive deest, ipsa coniungit duas sententias natura sua primarias, cum particulae illae, quae priorem sententiam ducunt, sive sequitur in altera enuntiatione particula correlativa, sive non sequitur, nihil aliud significent, nisi alteram sententiam ad alteram esse referendam.

Quodsi quaeratur, quomodo parataxis paulatim in hypotaxin transierit, facile causam attulerimus. Antiquissimis enim temporibus omnes sententiae, cum aequi inter se iuris essent, particulis copulativis coniungebantur. Sed paulatim, cum vis alterius sententiae minueretur, factum est, ut discerneretur inter sententiam primariam et secundariam. Haec vero, ut minus valebat quam illa, non paratacticis particulis adiungebatur, sed illi subiungebatur. Cum igitur, quoad in vocibus ὅς, ὅτε, ἐπεί cett. vis demonstrativa inerat, sententia prior, quae illis verbis ducebatur, non minus valeret, quam sententia posterior, quacum illa particulis copulativis coniungebatur, sensim prior sententia posteriori vi magis magisque postponebatur, et demonstrativa vis in relativam transiit. Quo factum est, ut discrimen fieret inter protasin et apodosin, ut ea sententia, in qua ὅς vel *ὅτε*, *ἐπεί* cett. inveniebantur, secundaria existimaretur, quae penderet ex altera primaria. Sententiis igitur ab initio inter se paribus ita mutatis, ut vim diversam assequerentur, fieri non potuit, quin *δέ*, quae particula sententias pares coniunxerat, omitteretur.

Quod autem apud Homerum et paratacticam sententiarum structuram et hypotacticam invenimus, mirum non est, praesertim cum constet omnino non raro carmina Homerica in usu linguae valde fluctuare. Sic ὁ vel ὅς pronomen apud Homerum et demonstrativa et relativa vi praeditum est, ut saepe difficile sit diiudicare, sitne ὅς ex more antiqui temporis demonstrative, an ex recentioris temporis usu relative transferendum. Luculentissimum huius usus exemplum attulerim ex

Il. 23, 319 sqq. ἀλλ' ὃς μέν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς
ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἵπποι δὲ πλανόωνται ἀνὰ δρόμον, οὐδὲ κατίσχει·
ὃς δέ κε κέρδεα εἰδῇ ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους,
αἰεὶ τέρμ' ὁρόων στρέφει ἐγγύθεν —,

ubi sine dubio ὅς in versu 319 significationem demonstrativam habet, in versu 322 relativam.

Longum est alia exempla afferre, ex quibus appareat, linguam Homericam minime certis et firmis legibus in unam viam impulsam et compressam esse, sed multa in ea fluctuare.

Hoc tantum addiderim, profecto mirum videri non posse, quod aliquoties apud Homerum constructionum illarum, de quibus egimus, paratacticae et hypotacticae deprehenduntur confusiones. Imo id mirandum esset, si, quanquam duae constructiones, quarum altera pedetentim ex altera orta est, in carminibus Homericis exstarent, tamen nunquam errore quodam poeta ex altera in alteram incidisset. Nam quanquam permultis locis eiusmodi anacolutha inveniri atque identidem repeti, nos quidem persuadere nobis non potuimus[1]), minimeque ea exempla hanc explicationem admittere censemus, in quibus poeta sententiam hypotacticam adiecta paratactica particula *μέν*[2]) sententiae sequenti opponat; nihil tamen obstabit, quin in singulis quibusdam et eis paucis locis concedamus poetam a structura hypotactica, a qua coeperit, excidisse et per paratacticum loquendi usum perrexisse. Ex locis, quos in capite primo enumeravimus, huc sunt referendi

praecedente ὁ π π ό τ ε:

Od. 22, 216 sq. ὁππότε κεν τούτους κτέωμεν, πατέρ' ἠδὲ καὶ υἱόν,
ἐν δὲ σὺ τοῖσιν ἔπειτα πεφήσεαι, —

praecedente *ἐπεί*:

Il. 24, 14 sq. ἀλλ' ὅγ' ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,
Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν, —

praecedente pronomine ὅς:

Il. 9, 510 sq. ὃς δέ κ' ἀνήνηται καί τε στερεῶς ἀποείπῃ,
λίσσονται δ' ἄρα ταί γε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι
τῷ ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι. —

In his tribus exemplis apparet, poetam duas constructiones confudisse; ex coniunctivo enim cum *κέν* particula coniuncto vel optativo, qui voces ὁππότε, ἐπεί, ὅς sequuntur, non possumus non colligere, poetam hypotaxi uti voluisse; sed cum in posterioribus sententiis paratactica particula *δέ* inveniatur, anacoluthia statuenda est, quae efficitur structurae hypotacticae et paratacticae confusione. In his igitur locis vere dici potest, particulam *δέ* in a p o d o s i inveniri, cum in reliquis multis locis, ubi vulgo apodotica dicitur, solum speciem hanc prae se ferat, re autem vera duas sententias paratacticas inter se coniungat. Etiam in iis locis, de quibus in capite tertio agetur, quosdam inveniemus, in quibus de eiusmodi anacoluthia cogitandum erit.[3]) Sed in sententiis condicionalibus si similes[4]) loci exstant, in quibus particulae *εἰ*, quam sequitur optativus vel *κέ* cum coniunctivo coniunctum, in posteriore sententia *δέ* respondet, non est statuenda anacoluthia, si quidem L. Langii de particulae *εἰ* usu Homerico quaestionibus assentiendum videtur.

1) V. supra § 17 extr.
2) V. supra § 13.
3) V. infra § 26 extr.
4) *εἰ*: Il. 1, 137; 324; 5, 260 sqq.; 21, 556 sqq. — Od. 12, 163 sq.; 15, 545 sq. — *εἴπερ*: Il. 4, 261 sq.; 12, 245 sq.

Haec sunt, quae nos quidem ad interpretandum δέ apodotici usum proposuerimus. Diversa autem genera dicendi, quae et in parataxi et in hypotaxi statuenda esse putamus, ex hoc conspectu facile perspici poterunt:

I In paratactico genere dicendi.	II In hypotactico genere dicendi.
1) ὄφρα (μέν) — ὄφρα δέ	1) ὄφρα — ὄφρα
2) ὄφρα (μέν) — τόφρα δέ	2) ὄφρα — τόφρα.
3) ὄφρα (μέν) — τότε δέ	3) ὄφρα — τότε
4) ὄφρα (μέν) — δέ	4) ὄφρα — . .

§ 23. Illustrantur exemplis singula genera dicendi et ex parataxi et ex hypotaxi.

Restat ut singula, quae modo composuimus genera, variis, quae in carminibus Homericis exstant, exemplis firmemus.[1])

I. Ex paratactico dicendi genere exempla afferenda sunt haec:

Ad 1.

ὡς (comparativum) — ὡς δέ:

Il. 23, 84 sqq. *ἀλλ' ὁμοῦ ὡς τράφομέν περ ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν,*

— — — — — — — — — — —

v. 91 *ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶιν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι.*

Ad 2.

ὄφρα — τόφρα δέ:

Il. 4, 220 sq. *ὄφρα τοι ἀμφεπένοντο βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,*
τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων.

Cf. praeterea Il. 9, 550 sq.[2]); 12, 10 sqq.[2]); 15, 343 sqq.; Il. 18, 257 sq.[2]); Od. 9, 56 sq.[2]); 10, 125 sq.

Ad 3.

ὅσσον — ὣς δέ:

Od. 7, 108 sqq. *ὅσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν*
νῆα θοὴν ἐπὶ πόντον ἐλαυνέμεν, ὣς δὲ γυναῖκες
ἱστῶν τεχνῆσσαι.

ὡς (temporale) — δ' ἔπειτα:

Il. 2, 321 sq. *ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα θεῶν εἰσῆλθ' ἑκατόμβας,*
Κάλχας δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοπροπέων ἀγόρευε.

---

1) De eis exemplis, in quibus ὁ δέ respondet antecedenti ὅς, in capite tertio agetur.

2) ὄφρα coniunctum est cum μέν particula.

ὅτε — τόφρα δέ:

Od. 10, 569 sqq. *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης*
ἤομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες,
τόφρα δ' ἄρ' οἰχομένη Κίρκη παρὰ νηὶ μελαίνῃ
ἄρνειον κατέδησεν ὄιν θῆλύν τε μέλαιναν.

ὅτε — ἔνθα δέ:

Od. 9, 181 sq. *ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ' ἐγγὺς ἐόντα,*
ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν.

ὁππότε — δ' ἔπειτα:

Od. 22, 216 sq. *ὁππότε κεν τούτους κτέωμεν, πατέρ' ἠδὲ καὶ υἱόν,*
ἐν δὲ σὺ τοῖσιν ἔπειτα πεφήσεαι.

εἷος — τόφρα δέ:

Il. 10, 507 sq. *εἷος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα, τόφρα δ' Ἀθήνη*
ἐγγύθεν ἱσταμένη προσέφη Διομήδεα δῖον.

Cf. etiam Il. 11, 411 sq.; 15, 539 sq.; 17, 106 sq.; 20, 41 sq.; Od. 5, 424 sq.

εὖτε — τόφρα δέ:

Od. 20, 73 sqq. *εὖτ' Ἀφροδίτη δῖα προσέστιχε μακρὸν Ὄλυμπον,*
— — — — — — — — — — —
v. 77 *τόφρα δὲ τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.*

Ad 4.

ὅτε — δέ:

Il. 5, 438 sq. *ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος,*
δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Cf. praeterea Il. 11, 714 sq.; 16, 705 sq.; 20, 447 sq.; Od. 5, 441 sqq.

ἐπεί — δέ:

Il. 7, 148 sq. *αὐτὰρ ἐπεὶ Λυκόοργος ἐνὶ μεγάροισιν ἐγήρα,*
δῶκε δ' Ἐρευθαλίωνι φίλῳ θεράποντι φορῆναι.

Cf. Il. 11, 267 sq.; 12, 143 sqq.; 16, 198 sq.; 20, 47 sq.; 24, 14 sq.; — Od. 7, 340 sq.; 9, 310 sq.; 10, 364 sqq.; 11, 385 sqq.; 22, 457 sqq.; 24, 205.

εὖτε — δέ:

Il. 23, 62 sqq. *εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε, λύων μελεδήματα θυμοῦ,*
— — — — — — — — — — —
v. 65 *ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο.*

Cf. Od. 20, 56 sq.

ὅς — δέ:

Il. 23, 319 sqq. *ἀλλ' ὃς μέν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς*
ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἵπποι δὲ πλανόωνται ἀνὰ δρόμον.

ὡς (temporale) — δέ:

Il. 21, 49 sqq. τόν δ' ὡς οὖν ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
γυμνόν, — — — — — — — —
v. 53 ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

II. Hypotacticae structurae exempla cum multo plura apud Homerum inveniantur, nobis satis erit, earum hic particularum rationem habere, quae etiam in paratactico genere dicendi exstare vidimus.

Ad 1.

ὡς — ὥς:

Il. 14, 294 ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν.
Il. 19, 16 ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος.
Il. 20, 424 ὡς εἶδ', ὣς ἀνέπαλτο.

In his quidem exemplis ὡς est particula temporalis. Comparativae autem particulae ὡς cum respondente ὥς in altera sententia plurima exempla in similitudinibus Homericis inveniuntur.

Ad 2.

ὄφρα — τόφρα:

Il. 7, 193 sq. ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' ἂν ἐγὼ πολεμήια τεύχεα δύω,
τόφρ' ὑμεῖς εὔχεσθε Διί Κρονίωνι ἄνακτι.

Cf. etiam Il. 11, 357 sqq.; 18, 380 sq.; 12, 195 sq.; Od. 5, 361 sq.; 6, 259 sq.; 22, 116 sqq.

ὅτε (ὁππότε) — τότε:

Il. 21, 450 sqq. ἀλλ' ὅτε δὴ μισθοῖο τέλος πολυγηθέες ὧραι
ἐξέφερον, τότε νῶι βιήσατο μισθὸν ἅπαντα
Λαομέδων ἔκπαγλος.

Cf. Il. 21, 340 sq.; Od. 11, 596 sq.

Monendum est autem plerumque τότε coniungi cum particula δή. Haec modo antecedit, modo sequitur, prout metricae maxime rationes postulant. Sic legimus τότε δή: Il. 10, 365 sq. 11, 181 sqq.; 23, 373 sqq.; 721 sq.; Od. 3, 286 sqq.; 4, 514 sqq.; contra δὴ τότε: Od. 3, 269 sqq.; 10, 293 sqq.; 12, 403 sqq.; 329 sqq.; 14, 235 sqq.; 287 sq.; 301 sqq.

ἐπεί (ἐπήν) — ἔπειτα:[1])

Il. 6, 349 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ τάδε γ' ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο,
ἀνδρὸς ἔπειτ' ὤφελλον ἀμείνονος εἶναι ἄκοιτις.

Cf. Il. 7, 207 sq.; Od. 2, 278 sqq.; 23, 88 sqq.

Etiam hanc particulam ἐπεί (ἐπήν) sequitur interdum in apodosi ἔπειτα cum δή particula coniunctum (cf. Il. 20, 337 sq.; Od. 1, 293 sq.; 11, 119 sqq.; 12, 308 sq.; 21, 159 sqq.); neque mirum est, δή semper particulae ἔπειτα antecedere, non postponi.

---

1) Hanc quidem particulam et cum ἐπεί et cum εἰ cohaerere, L. Langius ostendit (Der Homerische Gebrauch der Partikel εἰ p. 15, annot. 43: „Jedenfalls ist das εἰ der Conjunction ἐπεί nicht zu trennen von dem εἰ in ἔπειτα; denn offenbar verhält sich ἐπεί zu ἔπειτα, wie postquam zu postea").

ἦμος — τῆμος:

Il. 11, 86 sqq. ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὁπλίσσατο δεῖπνον,

— — — — — — — — — — —

v. 90 τῆμος σφῇ ἀρετῇ Δαναοὶ ῥήξαντο φάλαγγας.

Cf. etiam Od. 12, 439 sqq.

εἷος — τείως:

Od. 4, 90 sq. εἷος ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον ξυναγείρων
ἠλώμην, τείως μοι ἀδελφεὸν ἄλλος ἔπεφνεν.

Ad 3.

ὅτε — ἔπειτα:

Il. 3, 221 sqq. ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἵη,

— — — — — — — — — —

οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆι γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

Cf. Il. 8, 180 sq.; Od. 15, 446 sq.

ὅτε — ἔνθα:

Il. 5, 334 sqq.; 773 sqq.; 780 sqq.; 6, 241 sqq.; 21, 1 sqq.; Od. 2, 150 sq.; 5, 55 sqq.; 6, 85 sqq.; 10, 275 sqq.; 17, 204 sqq.; 24, 172 sq.

εὗτε — ἔνθα:

Il. 6, 392 sqq. εὗτε πύλας ἵκανε διερχόμενος μέγα ἄστυ,

— — — — — — — —

ἔνθ' ἄλοχος πολύδωρος ἐναντίη ἦλθε θέουσα.

ἐπεί — τότε:

Il. 11, 191 sqq. αὐτὰρ ἐπεί κ' ἢ δουρὶ τυπεὶς ἢ βλήμενος ἰῷ
εἰς ἵππους ἅλεται, τότε οἱ κράτος ἐγγυαλίξω
κτείνειν.

Cf. etiam Il. 11, 206 sqq.

In Odyssea quae exstant exempla, semper praebent δὴ τότε; ut 3, 342 sqq.; 4, 68 sq.; 428 sqq.; 541 sq.; 573 sqq.; 8, 485 sq.; 10, 58 sqq.; 15, 143 sqq.; 16, 55 sq.

ἐπεί (ἐπήν) — ἔνθα:

Il. 4, 382 sqq. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ᾤχοντο ἰδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο,

— — — — — — — — — — —

ἔνθ' αὖτ' ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῇ στεῖλαν Ἀχαιοί.

Cf. Od. 10, 87 sqq.; 12, 55 sq.

εἷος — τόφρα:

Il. 15, 390 sqq. Πάτροκλος δ', εἷος μὲν[1]) Ἀχαιοί τε Τρῶές τε

1) μέν respondet particulae αὐτάρ in verbis αὐτὰρ ἐπεί cett. in versu 396, quibus nova sententia temporalis priori opponitur. Neque aliter per εἷος μέν Od. 12, 327 in priore sententia opponuntur verba verbis in posteriore ἀλλ' ὅτε δή.

τείχεος ἀμφεμάχοντο θοάων ἔκτοθι νηῶν,
τόφρ' ὅ γ' ἐνὶ κλισίῃ ἀγαπήνορος Εὐρυπύλοιο
ἧστο.

Cf. Od. 12, 327 sq.

Ad 4.

ὅτε — . .

a) *ὅτε* solum:

Il. 6, 297 sq.; 10, 11 sq.; 14 sq.; 18, 293 sq.; 20, 226 sq.; 22, 502 sqq.; 23, 138 sq.; — Od. 1, 332 sq.; 2, 314 sqq.; 3, 388 sq.; 7, 3 sq.; 12, 237 sq.; 240 sq.; 15, 409 sqq.

b) *ὅτε δή*:

Il. 3, 216 sq.; 264 sqq.; 4, 446 sq.; 5, 14 sq.; 850 sq.; 6, 121 sq.; 172 sq.; 191 sq.; 200 sq.; 7, 186 sqq.; 8, 23 sq.; 9, 553 sqq.; — Od. 4, 519 sq.; 11, 533 sqq.; 12, 335 sqq.; 14, 293 sqq.; 16, 335 sq.; 414 sq.; 21, 63 sqq.; 24, 362 sq.

εὖτε — . .

Il. 11, 735 sq.

ὁππότε — . .

Il. 4, 40 sqq.; 17, 98 sq.; Od. 6, 303 sq.

ἐπεί — . .

a) *ἐπεί* solum:

Il. 1, 467 sq.; 2, 430 sq.; 4, 217 sqq.; 7, 319 sq. cett.; — Od. 10, 181 sq.; 11, 1 sqq.; 12, 304 sq.; 18, 427 sq. cett.

b) *ἐπεὶ δή*:

Il. 4, 124 sq.; 11, 478 sq.; 14, 187 sq.; 18, 609 sq. cett.; — Od. 8, 131 sq.; 16, 340 sq.

ὄφρα — . .

Il. 5, 788 sqq.; 9, 352 sq.; 18, 61 sq.; 442 sq.

ὡς (temporale) — . .

Il. 4, 151 sq.; 6, 374 sq.; 11, 284 sq.; 13, 330 sqq.; 15, 422 sqq.; 484 sq.; 16, 278 sqq.; 19, 283 sq.; 20, 419 sqq. cett.; — Od. 3, 34; 8, 272 sq.; 10, 375 sqq.; 17, 492 sqq.; 22, 407 sq.; 24, 232 sqq. cett.

Caput III.

De eis locis, qui particulam δέ in apodosi exhibent cum pronomine ὁ (τοῖος) coniunctam.

§ 24. Utrum in eis exemplis, ubi δέ in apodosi cum pronomine ὁ coniunctum invenitur, distractis litteris ὁ δέ, an uno vocabulo ὅδε scribendum sit.

Iam postquam in capite altero explicare studuimus, quomodo illud δέ, quod vulgo dicitur ἀποδοτικόν, explicandum sit, reliquum est, in eam quaestionem descendere, quam supra iam significavimus: quid statuamus de illis exemplis, quae, antecedente particula vel pronomine ὅς (ὅστις, οἷος), in posteriore sententia particulam δέ praebent coniunctam cum pronomine ὁ (τοῖος). Nam cum libri ipsi fluctuent cumque vetustissimi codices litteris continuis conscripti sint, licet saepe dubitare, sitne ὅδε scribendum uno vocabulo, an disparatis vocibus ὁ δέ. Aristarchus quidem, quem secuti sunt alii grammatici antiqui, videtur, ubicunque ratione grammatica hoc licebat, ὁ δέ in duas voces divisisse; et Herodianus dicit simplex pronomen demonstrativum suffixo δέ auctum apud Homerum raro exstare.[1]) Contraxisse in unam vocem ὅδε videtur Herodianus tum solum, cum alterum δέ vel alia particula coniunctiva aut sequebatur aut praecedebat.

La Rochius, qui ipse sententias antiquorum grammaticorum comparat, sex locos affert, in quibus ne Herodianum quidem facere potuisse ait, quin ὅδε scriberet: Il. 2, 346 sq.; 5, 238; 261 sq.; 24, 17 sq.; Od. 15, 545 sq.; 22, 413 sq.[2])

Cum igitur Aristarchus praeferret lectionem ὁ δέ, ubicunque videretur grammatica ratione admitti, ex recentioribus viris doctis Kvičala censuit apud Homerum in posterioribus quidem sententiis, ubi antecederent particulae temporales et condicionales, ὁ δέ duobus verbis esse scribendum[3]), antecedente autem pronomine ὅς contractam formam ὅδε probandam esse.[4])

Nos quidem, si has diversas sententias contulerimus, neutram sequimur, cum et Aristarchus eique, qui illi adstipulati sunt, et Kvičala longius processisse videantur.

---

1) Schol. ad Il. 11, 409 s.: ἔφαμεν δὲ ὅτι παρὰ τῷ ποιητῇ ἡ διὰ τοῦ δὲ ἐπὶ ταύτης τῆς ἀντωνυμίας ἐπέκτασις σπανίως μὲν εὑρέθη ἐπ᾽ ἀναφορᾶς, ὁπότε διελαμβάνομεν περὶ τοῦ „τούσδε δ᾽ ἔα φθινύθειν“ (Il. 2, 349).

2) Homerische Textkritik, p. 363. — Ceterum quod La Rochius dicit, in illis exemplis semper δέ adversativum post pronomen inveniri, de collocatione illius δέ mentionem facere vir doctus non debuit, si quidem Il. 5, 261 δέ illud non sequitur, sed praecedit.

3) Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1864 p. 322: „Ausserordentlich häufig steht δέ bei Homer im Nachsatze temporaler Satzgefüge. — Es lehnt sich zwar auch hier δέ oft an das demonstrative Pronomen an, doch ist in diesen Fällen δέ getrennt von dem Pronomen zu schreiben, da es sich nur äusserlich an dasselbe anlehnt, während es in Wirklichkeit mit der im Vordersatze stehenden temporalen Conjunction in Wechselbeziehung steht.“

4) l. l. p. 321: „Es steht durchaus nichts im Wege, hier (Il. 2, 716) wie in allen ähnlichen Fällen geradezu τῶνδε zu schreiben, ja es ist dies wohl die richtigere Schreibung, da δέ hier lediglich nur das demonstrative Pronomen τῶν hervorhebt und demgemäss gewiss auch bei der Aussprache mit τῶν ganz unmittelbar verbunden wurde“.

Cum apud Homerum praeter simplex pronomen ὁ re vera — id quod etiam Aristarchus concessit — inveniatur etiam pronomen compositum ὅδε, consentaneum est, ὅδε pronomen differre a simplici ὁ ea maxime re, quod in illo vis demonstrativa multo maior insit, quam in hoc. Atque bene Ebelingius[1]) dicit pronomine ὅδε praesentia et loco propinqua et nova demonstrari, cum ὁ superiora repetat. Sed huc minime referendus est is locus, in quo scholia docent Aristarchum separavisse τὸ δέ, Herodianum pro duabus illis vocibus unam scripsisse vocem τόδε. Nam si scriberemus

Il. 1, 39 sqq.: εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
— — — τὸ δέ μοι κρήηνον ἐέλδωρ,

frustra quaereremus in sententia priore, quo illud δέ referretur. Ex editoribus La Rochius[2]) Aristarchum secutus hoc loco τὸ δέ scripsit, necesse non esse ratus τόδε scribere, cum etiam τό solum vim demonstrativam haberet. Reliqui autem editores consentiunt, τόδε uno verbo esse scribendum, cum hoc pronomen demonstrativum, δέ syllaba auctum, respiciat non ad priora quaedam, sed ad ipsa, quae sequuntur verba, quibus illud ἐέλδωρ explicatur. Hoc quidem loco voluntas optativo exprimitur, cum aliis locis, ut in versu 504 et Od. 17, 243, imperativus sequatur. — Quid, quod alia accedit causa, qua magis etiam probabile fit, l. l. τόδε praeferendum esse. Idem enim Chryses, qui versu 42 ab Apolline petit, ut pestilentiam in Graecorum castra mittat, versu 456 verbis

„ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ"

a deo petit, ut pestilentiam a Graecis avertat. Cum ἐέλδωρ superiore loco exprimatur insequenti optativo, hoc quidem altero loco vis voluntatis etiam augetur imperativo; ideoque si in versu 455 τόδε sine dubio pronomen demonstrativum existimandum est, licet colligere etiam in versu 41, ubi de priore sacerdotis voluntate sermo est, τόδε, non τὸ δέ legendum esse.

Neque aliter iudicandum est de

Il. 1, 503 sqq. Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα
ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ·
τίμησόν μοι υἱόν —

et de Od. 17, 240 sqq. νύμφαι κρηναῖαι, κοῦραι Διός, εἴ ποτ' Ὀδυσσεὺς
ὔμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηε, καλύψας πίονι δημῷ,
ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων, τόδε μοι κρήηνατ' ἐέλδωρ·[3])
ὡς ἔλθοι μὲν κεῖνος ἀνήρ cett.

Nam ne in his quidem locis ἐέλδωρ est expressum verbis antecedentibus, ad quae simplex pronomen ὁ spectet, sed in priore exemplo per insequentem imperativum τίμησον, in posteriore per optativum cum particula ὡς coniunctum. Atque propterea, quod pronomen ad sequentia refertur, pro τὸ δέ illis locis potius scribendum est τόδε.

Neque vero solum Alexandrinorum grammaticorum principi, Aristarcho, adstipulari non possumus, sed ne ea quidem, quae ex recentioribus grammaticis Kvičala dixit, probanda nobis videntur. Primum enim non intellegitur omnino, qua potissimum de causa δέ illud *ἀποδοτικόν*

---

1) Lexicon Homericum II p. 22, I).

2) In editione, quam in scholarum usum curavit, ad Il. 1, 41: „τὸ δέ : δέ im Nachsatze wie das deutsche „dann, so". Andere schreiben τόδε zusammen, welches unnöthig ist; denn τό (dieses) ist ebenfalls hinweisendes Pronomen".

3) Cf. L. Lange, Der Hom. Gebrauch d. Part. εἰ I, p. 38, annot. 39: „Nach ἐέλδωρ ist ohne Zweifel Kolon statt Komma zu setzen".

ponendum censeamus solum in eis locis, ubi praecedat particula temporalis vel condicionalis, non ponendum, ubi praecedat pronomen ὁ (ὅς).

Accedit ad viri docti sententiam refellendam, quod re vera loci inveniuntur, ubi ad pronomen ὁ (ὅς) praecedens refertur solum δέ. Kvičala ipse affert exemplum[1]) Il. 23, 319 sqq., unde videtur mihi apparere, illum non habuisse, quo referret eos locos, in quibus pronomen ὁ (ὅς) praecedit, particula δέ sequitur. Equidem huic exemplo addiderim Il. 23, 462 sq., ubi legimus:

ἧτοι γὰρ τὰς πρῶτα ἴδον περὶ τέρμα βαλούσας,
νῦν δ' οὔ πῃ δύναμαι ἰδέειν.

Quodsi in his exemplis, ubi praecedit pronomen ὁ (ὅς), particula δέ re vera exstat, quid impedit, quominus etiam in illis locis idem δέ statuamus, ubi iuxta se habet alterum pronomen ὁ, quod priori respondet?

Gravissima autem causa, qua adducimur, ut ea, quae Kvičala dixit, reprobemus, ex illo repetitur luculentissimo exemplo, in quo, praecedente pronomine ὁ, in posteriore sententia δέ particula non, ut aliis locis, sequitur, sed praecedit. Legimus enim

Il. 9, 510 sqq. *ὃς δέ κ' ἀνήνηται καί τε στερεῶς ἀποείπῃ,*
λίσσονται δ' ἄρα ταί γε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι
τῷ ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ.

Hoc loco δέ particula a voce τῷ per sex verba seiungitur. Atque quanquam in his versibus confusio structurae hypotacticae (ὅς κε cum coniunctivo) statuenda est, hoc certe apparet, non opus esse, semper structuram hypotacticam ponere, in qua ὅδε pronomen compositum respondeat simplici ὁ (ὅς) in sententia priore. Imo hoc nobis persuadebimus in plurimis locis *ΟΔΕ* in duo verba dividendum esse, ut in paratactica, quae iam exsistat, structura simplex ὁ pronomen et in priore et in posteriore sententia inveniatur. Quod autem δέ particula plerumque pronomini ὁ (ὅς) postpositum invenitur, haud mirum videbitur, si nobis in mentem revocaverimus illud δέ, quod dicitur ἀποδοτικόν, a poeta etiam cum aliis pronominibus (ut ἐγώ, σύ) arte coniungi[2]), non ita tamen, ut in unam vocem coalescat.

Iure igitur iam Phil. Buttmannus[3]) censuit, quotiescunque vis determinativa in pronomine ὅς inesset, h. e. si ὁ responderet antecedenti pronomini ὅς, nunquam, id quod voluit

---

1) l. l. p. 322: „Es gehören hierher (zu den Temporalsätzen) auch viele Stellen, die nicht durch eine temporale Conjunction ἐπεί, ὁππότε u. s. w., sondern durch das Relativpronomen eingeleitet werden: so z. B. um eine Stelle statt vieler anzuführen Il. ψ 321 (wenn einer — da schweifen die Rosse abseits)".

2) Cf. quae supra monuimus § 9, p. 7 annot. 1.

3) ad Soph. Phil. v. 87: „Nimirum pronomina et adverbia demonstrativa, quibus adhaeret enclitica δέ, ut ὅδε, ἥδε, τόδε, τοιόσδε, τοσόσδε, ἐνθάδε etc., non modo prae simplicibus suis, sed prae altera etiam demonstrativi forma, quae est in οὗτος, τοιοῦτος, ἐνταῦθα etc., vi valent ostensiva, unde fit, ut apud antiquiores certe prior illa forma non facile, sicut altera οὗτος cum grege suo, mere referatur ad relativa ὅς, οἷος etc. — Ventilata autem est ea quaestio (de discrimine inter ὁ δέ et ὅδε) ab antiquissimis iam grammaticis in illo Il. *Α* 39 sqq.

εἴ ποτέ τοι ἔρεψα —,
τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ,

ubi Aristarchus volebat τὸ δέ. Male. Nam hic sicubi alias locus est pronominis τόδε, quod sicut ὧδε, τοιάδε etc. plerumque inservit sermoni aliquo introducendo. Subicitur enim ibi statim illud *τίσειαν Δαναοί* —: plane ut *Θ* 242 sq. (ubi τὸ δέ scribi nequit):

Ἀλλὰ Ζεῦ, τόδε πέρ μοι ἐπικρήηνον ἐέλδωρ·
αὐτοὺς δή περ ἔασον.

Kvičala, auctam formam ὅδε locum habere posse, cum in tribus illis sententiis condicionalibus, de quibus supra egimus, sola contracta forma ὅδε probanda esset.

§ 25. Δέ in apodosi cum ὁ coniungitur praecedente particula.

Hac igitur quaestione ad certum finem perducta nostrum est, ipsa exempla, in quibus ὁ ἡ τό (τοῖος) pronomen coniungi censemus cum δέ apodotico, enumerare. Qua in re ita quidem versabimur, ut primum afferamus eos locos ubi δέ apodoticum respondet antecedentibus particulis.

Invenitur igitur δὲ ἀποδοτικόν,

praecedente particula ὅτε (ὁππότε):

Il. 4, 210 sqq. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἵκανον, ὅθι ξανθὸς Μενέλαος
βλήμενος ἦν, περὶ δ' αὐτὸν ἀγηγέραθ' ὅσσοι ἄριστοι
κυκλόσ', ὁ δ' ἐν μέσσοισι παρίστατο ἰσόθεος φώς.

Il. 7, 313 sq. οἱ δ' ὅτε δὴ κλισίῃσιν ἐν Ἀτρείδαο γένοντο,
τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.

Il. 17, 732 sq. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' Αἴαντε μεταστρεφθέντε κατ' αὐτοὺς
σταίησαν, τῶν δὲ τράπετο χρώς.

Il. 18, 544 sqq. οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης,
τοῖσι δ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδέος οἴνου
δόσκεν ἀνὴρ ἐπιών.

Il. 24, 443 sqq. ἀλλ' ὅτε δὴ πύργους τε νεῶν καὶ τάφρον ἵκοντο,
οἱ δὲ νέον περὶ δόρπα φυλακτῆρες πονέοντο,
τοῖσι δ' ἐφ' ὕπνον ἔχευε διάκτορος ἀργειφόντης.

Od. 7, 46 sq. ἀλλ' ὅτε δὴ βασιλῆες ἀγακλυτὰ δώμαθ' ἵκοντο,
τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε θεά, γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Od. 11, 591 sq. τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι,
τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα.

Od. 12, 181 sq. ἀλλ' ὅτε τόσσον ἀπῆμεν, ὅσον τε γέγωνε βοήσας,
ῥίμφα διώκοντες, τὰς δ' οὐ λάθεν ὠκύαλος νηῦς.

praecedente particula εὖτε:

Il. 12, 373 sqq. εὖτε Μενεσθῆος μεγαθύμου πύργον ἵκοντο
τείχεος ἐντὸς ἰόντες, — ἐπειγομένοισι δ' ἵκοντο —
οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσοι.

Od. 3, 9 sq. εὖθ' οἱ σπλάγχνα πάσαντο, θεῷ δ' ἐπὶ μηρί' ἔκαιον,
οἱ δ' ἰθὺς κατάγοντο.

Contra in loco Il. *K* 489 sq.:

ἀτὰρ πολύμητις Οδυσσεύς,
ὅντινα Τυδεΐδης ἄορι πλήξειε παραστάς,
τόνδ' Ὀδυσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκεν,

quae editionum ante Wolfium lectio erat, τόνδε mere relativum esset ad ὅντινα. Sed Schol. Ven. haec habet: ὅτι ὁ δὲ σύνδεσμος περιττός. Unde apparet scripsisse grammaticos τὸν δ'. Quam lectionem merito Wolfius recepit. — Sic facile nunc cuivis, ut confido, persuadebo, etiam in notissimo versu Il. *Z* 146 pro vulgato hucusque τοιήδε scribendum esse:

οἵη περ φύλλων γενέη, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν".

Od. 17, 359 εὖθ' ὁ δεδειπνήκειν, ὁ δ' ἐπαύετο θεῖος ἀοιδός.

Od. 22, 182 sqq. εὖθ' ὑπὲρ οὐδὸν ἔβαινε Μελάνθιος, αἰπόλος αἰγῶν,

— — — — — — — — — — — —

v. 187 τὼ δ' ἄρ' ἐπαΐξανθ' ἑλέτην ἔρυσάν τέ μιν εἴσω.

praecedente particula ἐπεί:

Il. 1, 57 sq. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν ὁμηγερέες τε γένοντο,
τοῖσι[1]) δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

Il. 15, 320 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ κατ' ἐνῶπα ἰδὼν Δαναῶν ταχυπώλων
σεῖσ', ἐπὶ δ' αὐτὸς ἄϋσε μάλα μέγα, τοῖσι δὲ θυμὸν
ἐν στήθεσσιν ἔθελξε

Il. 19, 54 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντες ἀολλίσθησαν Ἀχαιοί,
τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

Od. 3, 473 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
τοῖσι δὲ[2]) μύθων ἦρχε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ.

Od. 6, 99 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ σίτου τάρφθεν δμωαί τε καὶ αὐτή,
σφαίρῃ ταὶ δ' ἄρ' ἔπαιζον ὑπὸ κρήδεμνα βαλοῦσαι.

Od. 7, 184 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ σπεῖσάν τε πίον θ' ὅσον ἤθελε θυμός,
τοῖσιν δ' Ἀλκίνοος ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν.

Od. 8, 24 sq. αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἤγερθεν ὁμηγερέες τε γένοντο,
τοῖσιν[3]) δ' Ἀλκίνοος ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν.

Od. 10, 112 sq. οἱ δ' ἐπεὶ εἰσῆλθον κλυτὰ δώματα, τὴν δὲ γυναῖκα
εὗρον ὅσην τ' ὄρεος κορυφήν.

Od. 11, 34 sq. τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε, ἔθνεα νεκρῶν,
ἐλλισάμην, τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα.

Od. 14, 175 sqq. — τὸν ἐπεὶ θρέψαν θεοὶ ἔρνεϊ ἶσον,

— — — — — — — — — —

v. 178 τοῦ δέ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας ἔνδον ἐίσας.

Od. 15, 303 sqq. αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
τοῖς δ' Ὀδυσεὺς μετέειπε συβώτεω πειρητίζων.

Od. 15, 438 sq. αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσάν τε τελεύτησάν τε τὸν ὅρκον,
τοῖς δ'[4]) αὖτις μετέειπε γυνὴ καὶ ἀμείβετο μύθῳ.

Od. 15, 501 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
τοῖσι[5]) δὲ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἤρχετο μύθων.

Od. 18, 59 sq. αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσάν τε τελεύτησάν τε τὸν ὅρκον,
τοῖς δ' αὖτις μετέειφ' ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο.

---

1) τοῖσιν B.
2) τοῖσιν D.
3) τοῖσιν δ' ἄρ' G.; τοῖσιν ἄρ' M.
4) τοῖς A 1 man. V.
5) var. τοῖς.

Od. 21, 273 sq. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπεῖσάν τε πίον θ' ὅσον ἤθελε θυμός,
τοῖς δ' ἄρα μύθων ἦρχε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.

Od. 22, 260 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ δούρατ' ἀλεύαντο μνηστήρων,
τοῖς δ' ἄρα μύθων ἦρχε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.

Od. 24, 421 sq. αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἤγερθεν ὁμηγερέες τε γένοντο,
τοῖσιν[1]) δ' Εὐπείθης ἀνά θ' ἵστατο καὶ μετέειπεν.

Od. 24, 489 sq. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σίτοιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἕντο,
τοῖς δ' ἄρα μύθων ἦρχε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.

praecedente particula εἰ:

Od. 12, 53 sq. εἰ δέ κε λίσσηαι ἑτάρους λῦσαί τε κελεύῃς,
οἱ δέ σ' ἔτι πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι διδέντων.

Od. 18, 61 sqq. ξεῖν', εἴ σ' ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ,
τοῦτον ἀλέξασθαι, τῶν δ' ἄλλων μῆτιν Ἀχαιῶν
δείδιθι.

praecedente particula εἴπερ:

Il. 12, 263 sqq. τοὺς δ' εἴπερ παρά τίς τε κιὼν ἄνθρωπος ὁδίτης
κινήσῃ ἀέκων, οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες
πρόσσω πᾶς πέτεται καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσιν.

§ 26. Δέ in apodosi cum ὁ (τοῖος) coniungitur praecedente pronomine ὅς (οἷος).

Quoniam nunc eos locos absolvimus, in quibus particula δέ cum pronomine ὁ coniuncta respondet antecedenti particulae, postremo transeundum est ad eas sententias, in quibus praecedente pronomine ὅς (ὅστις, οἷος) legitur ὁ δέ vel τοῖος δέ.

Praecedente pronomine ὅς:

Il. 2, 716 sqq. οἳ δ' ἄρα Μηθώνην καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο,
— — — — — — — — — —
τῶν δὲ Φιλοκτήτης ἦρχεν, τόξων εὖ εἰδώς.[2])

Il. 9, 167 εἰ δ' ἄγε, τοὺς ἂν ἐγὼν ἐπιόψομαι, οἱ δὲ πιθέσθων.[4])

Il. 9, 508 sq. ὃς μέν[3]) τ' αἰδέσεται κούρας Διὸς ἆσσον ἰούσας,
τὸν δὲ μέγ' ὤνησαν καί τ' ἔκλυον εὐξαμένοιο.

Il. 11, 409 sq. ὃς δέ κ' ἀριστεύῃσι μάχῃ ἔνι, τὸν δὲ μάλα χρεω
ἑστάμεναι κρατερῶς.

Il. 13, 778 sq. ἐξ οὗ γὰρ παρὰ νηυσὶ μάχην ἤγειρας ἑταίρων,
ἐκ τοῦ δ' ἐνθάδ' ἐόντες ὁμιλέομεν Δαναοῖσιν.

Il. 23, 857 sq. ὃς δέ κε μηρίνθοιο τύχῃ, ὄρνιθος ἁμαρτών,
(ἥσσων γὰρ δὴ κεῖνος), ὁ δ' οἴσεται ἡμιπέλεκκα.

---

1) var. τοῖς.
2) Zenodotus: τῶν αὖ(θ') ἡγεμόνευε Φιλοκτήτης, ἄγος ἀνδρῶν.
3) μέν respondet particulae δέ in v. 510: ὃς δέ κ' ἀνήνηται.
4) Cf. Classen, Beobachtungen über den Homerischen Sprachgebrauch p. 34 sq.

Od. 8, 539 sqq.	*ἐξ οὗ δορπέομέν τε καὶ ὤρορε θεῖος ἀοιδός,* *ἐκ τοῦ δ᾽ οὔ πω παύσατ᾽ ὀιζυροῖο γόοιο* *ὁ ξεῖνος.*
Od. 11, 149	*ᾧ δέ κ᾽ ἐπιφθονέῃς, ὁ δέ τοι πάλιν εἶσιν ὀπίσσω.*
Od. 19, 329 sq.	*ὃς μὲν ἀπηνὴς αὐτὸς ἔῃ καὶ ἀπηνέα εἰδῇ,* *τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε᾽ ὀπίσσω.*

praecedente pronomine *ὅστις*:

Il. 2, 188 sq.	*Ὅντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη,* *τὸν δ᾽ ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς.*
Il. 10, 489 sq.	*ὅντινα Τυδεΐδης ἄορι πλήξειε παραστάς,* *τὸν δ᾽ Ὀδυσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκε*
Il. 15, 743 sqq.	*ὅστις δὲ Τρώων κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο* *σὺν πυρὶ κηλείῳ χάριν Ἕκτορος ὀτρύναντος,* *τὸν δ᾽ Αἴας οὔτασκε δεδεγμένος ἔγχεϊ μακρῷ.*
Od. 11, 147 sq.	*ὅντινα μέν*[1]) *κεν ἐᾷς νεκύων κατατεθνηώτων* *αἵματος ἆσσον ἴμεν, ὁ δέ τοι νημερτὲς ἐνίψει.*
Od. 12, 41 sqq.	*ὅς τις ἀιδρείῃ πελάσῃ καὶ φθόγγον ἀκούσῃ* *Σειρήνων, τῷ δ᾽ οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα* *οἴκαδε νοστήσαντι παρίσταται οὐδὲ γάνυνται.*

praecedentibus pronominibus *ὅσσος* et *οἷος*:

Il. 10, 418 sq.	*ὅσσαι γὰρ Τρώων πυρὸς ἐσχάραι, οἷσιν ἀνάγκη,* *οἱ δ᾽ ἐγρηγόρθασι.*
Il. 6, 146	*οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.*

Ceterum, id quod iam in extrema § 22 monuimus, etiam inter ea, quae modo exscripsimus, exempla sunt aliquot certe eiusmodi, ut nisi per anacoluthiam constructionis explicari non posse videantur: ea nimirum, in quibus *ὅς* vel *ὅστις* coniunctivum modum aut optativum iuxta se habet.

1) *μέν* respondet particulae *δέ* in v. 149: *ᾧ δέ κ᾽ ἐπιφθονέῃς.*

Conspectus duplex

omnium locorum Homericorum, in quibus δὲ ἀποδοτικόν invenitur.

Omnibus locis, in quibus δέ apodoticum apud Homerum invenitur, absolutis restat, ut duplici conspectu illos ita complectamur, ut appareat primum, quoties singulis particulis et pronominibus praecedentibus δέ respondeat; tum, quot loci in singulos et Iliadis et Odysseae libros cadant. Possitne ex hoc conspectu coniectura fieri de quaestione, quae dicitur Homerica, in tantis difficultatibus, quae ad solvendam hanc quaestionem expediendae sunt, diiudicare nos quidem non audemus.[1] Hoc vero existimamus ex omni parte utile et gratum fore, si universus numerus eorum locorum, qui δέ apodoticum praebent, ordine ad quemlibet usum opportuno dispositus congeratur.

---

1) Quod Grummius (Progr. Gera 1879, Homerische Miscellen, 1) Zur homerischen Parataxis, p. 1) censet suspicionem, in Odyssea libri ϑ versus 266—369 et libri ω versus 1—204 non esse genuinos, valde ea re augeri, quod nullum omnino δέ apodoticum in his locis exstet, viro docto equidem non plane possum assentiri. Imo ex conspectu omnium locorum,' in quibus omnino δέ illud apodoticum invenitur, facile apparebit, etiam aliis locis, qui a nullo addubitentur, saepius intervallo versuum ducentorum vel etiam plurium interposito δέ apodoticum non inveniri.

Conspectus prior.

Praecedente	Ilias.			Odyssea.			Summa summarum.
	δέ non coniunctum cum ὁ	δέ coniunctum cum ὁ	Summa.	δέ non coniunctum cum ὁ	δέ coniunctum cum ὁ	Summa.	
ὅτε	4	4 {3, 1*}	8 {7, 1*}	3	2	5	13 {12, 1*}
ὁπ(π)ότε	—	1*	1*	1*	1*	2*	3*
εὖτε	1	1	2	2	3	5	7
ἐπεί	8 {7, 1*}	3	11 {10, 1*}	8	15	23	34 {33, 1*}
εἷος	6	—	6	3	—	3	9
ὄφρα	5	—	5	2	—	2	7
ὡς (temp.)	2	—	2	—	—	—	2
εἰ+ (αἰ)+	6+	—	6+	5+	2+	7+	13+
εἴπερ×	3×	1×	4×	1×	—	1×	5×
ὅς	3 {2, 1*}	6 {2, 4*}	9 {4, 5*}	—	3 {1, 2*}	3 {1, 2*}	12 {5, 7*}
ὅστις	—	3*	3*	—	2*	2*	5*
ὅσσος	—	1?	1?	1?	—	1?	2?
οἷος	—	1?	1?	—	—	—	1?
ὡς (comp.)	1	—	1	—	—	—	1
Summa:	39 {28, 2*, 6+, 3×}	21 {9, 9*, 1×, 2?}	60 {37, 11*, 6+, 4×, 2?}	26 {18, 1*, 5+, 1×, 1?}	28 {21, 5*, 2+}	54 {39, 6*, 7+, 1×, 1?}	114 {76, 17*, 13+, 5×, 3?}

---

*) significat eos locos, qui per anacoluthiam explicandi sunt.
?) significat eos locos, in quorum sententia priore verbum desideratur.
+) significat eos locos, in quibus invenitur particula εἰ (αἰ).
×) significat eos locos, in quibus invenitur particula εἴπερ.

Conspectus

Ilias.

		1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
	Liber	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
Versus		58	189*	—	161×	261+	146?	149	—	167*	419?	268	12
		137+	322		212	439	475	314		301+	490*	409*	145
		194	718		221					509	507	412	246×
		324+			262×					511*		714	375
										551			
		2	2	—	2	1	1	2	—	1	1	3	3
	*		1							3	1	1	
	+	2				1				1			
	×				2								1
	?						1				1		
Summa:		4	3	—	4	2	2	2	—	5	3	4	4
Numerus versuum quos singuli libri complectuntur:		611	877	461	544	909	529	482	565	713	579	848	471

Odyssea.

		1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
	Liber	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
Versus		—	—	10	121	366	100	47	25	57	112	35	42*
				474	832+	425		109?	540	182	126	148*	54+
						444		185		311	366	149*	164+
								341		344	571	387	182
												592+	
		—	—	2	1	3	1	3	2	4	4	2	1
	*											2	1
	+				1							1	2
	×												
	?							1					
Summa:		—	—	2	2	3	1	4	2	4	4	5	4
Numerus versuum quos singuli libri complectuntur:		444	434	497	847	493	331	347	586	566	574	640	453

---

*) significat eos locos, qui per anacoluthiam explicandi sunt.

?) significat eos locos, in quorum sententia priore verbum deest.

alter.

13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.	23.	24.	Summa:
779	—	321	199	107	258	55	42	53	381	65	15*	
		343	264×	733*	545*		48	560+		91	445	
		540	706				448			321		
		745*								463		
										559+		
										858*		
1	—	3	2	1	1	1	3	1	1	4	1	37
		1		1	1					1	1	11*
								1		1		6+
			1									4×
												2?
1	—	4	3	2	2	1	3	2	1	6	2	60
837	522	746	867	761	617	424	503	611	515	897	804	15693

13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.	23.	24.	Summa:	Summa summarum ex Iliade et Odyssea:
144×	178	304	274+	359	60	330*	57	255+	187	—	205		
	405	439			62+		77	274	217*		422		
		502							261		490		
		546+							458				
	2	3		1	1		2	1	3	—	3	39	76
						1			1			5*	16*
		1	1		1			1				8+	14+
1												1×	5×
												1?	3?
1	2	4	1	1	2	1	2	2	4	—	3	54	114
440	533	557	481	606	428	604	394	434	501	372	548	12110	27803

+) significat eos locos, in quibus invenitur particula εἰ (αἰ).
×) significat eos locos, in quibus invenitur particula εἴπερ.

Appendicula.

Loci ex hymnis Homericis, ex carminibus Hesiodeis, ex carminibus elegiacis et iambicis sumpti, in quibus invenitur *δὲ ἀποδοτικόν*.

Singularis ille particulae *δέ* usus, cuius causam et originem ex Homericis potissimum carminibus indagandam esse supra ostendere studuimus, etiam posterioribus temporibus servatus est.

Collegerunt exempla ex Aeschylo Dindorfius[1]), ex Sophocle Ellendtius[2]) et Dindorfius[3]), ex Herodoto Lhardyus[4]).

Apud reliquos, qui Homerum secuti sunt, scriptores loci cum nondum collecti sint, mihi ipsi propositum est, particulae *δέ* usum apodoticum longius persequi. Quae res cum maioris sit laboris, interim liceat acquiescere in enumerandis eis locis, qui ex hymnis Homericis, ex carminibus Hesiodeis, ex carminibus elegiacis et iambicis sumpti *δέ* apodoticum praebent.

Invenitur igitur *δὲ ἀποδοτικόν*:

I. In hymnis Homericis:

ad Ap. Del. 158 sqq. *αἵτ' ἐπεὶ ἂρ πρῶτον μὲν Ἀπόλλων' ὑμνήσωσιν,*
αὖτις δ' αὖ Λητώ τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν
μνησάμεναι ἀνδρῶν τε παλαιῶν ἠδὲ γυναικῶν
ὕμνον ἀείδουσιν, θέλγουσι δὲ φῦλ' ἀνθρώπων.

ad Ap. Pyth. 171 sqq. *ἀλλ' ὅτε δὴ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο*
ἂψ περιτελλομένου ἔτεος καὶ ἐπήλυθον ὧραι,
ἡ δ' ἔτεκ' οὔτε θεοῖς ἐναλίγκιον οὔτε βροτοῖσι,
δεινόν τ' ἀργαλέον τε Τυφάονα, πῆμα βροτοῖσιν.

ad Merc. 115 sqq. *ὄφρα δὲ πῦρ ἀνέκαιε βίη κλυτοῦ Ἡφαίστοιο,*
τόφρα δ' ἐριβρύχους ἕλικας βοῦς εἷλκε θύραζε
δοιὰς ἄγχι πυρός.

ad Ven. 228 sqq. *αὐτὰρ ἐπεὶ πρῶται πολιαὶ κατέχυντο ἔθειραι*
καλῆς ἐκ κεφαλῆς εὐηγενέος τε γενείου,
τοῦ δ' ἤτοι εὐνῆς μὲν ἀπείχετο πότνια Ἠώς.

---

1) Lexicon Aeschyleum, s. v. *δέ*, 5; ubi afferuntur Ag. 1061; Eum. 887; Choeph. 624; Pers. 415.

2) Lexicon Sophocleum, cur. Genthe, s. v. *δέ*, 6; ubi afferuntur O. R. 302; 1267; Ant. 234; 426; O. C. 1007; 1332; Tr. 23; 118; 817; Ph. 87; El. 27; 294.

3) Lexicon Sophocleum, s. v. *δέ*; ubi eidem loci enumerantur praeter Tr. 23; Ph. 87, in quibus Dindorfius pro *ὁ δέ* et *τοῖς δέ* legi vult *ὅδε* et *τοῖσδε*.

4) Ed. Herod. ad 1, 112 in annotatione praeter hunc locum affert: I, 146; 171; 196; — II, 50; 61; 111; 134; 149; — III, 26; 36; 37; 49; 68; 69; — IV, 66; 126; 204; — V, 40; — VI, 16; — VII, 51; 103; 157; 159; 188; — VIII, 22; 115; — IX, 6; 48; 60; 63; 70.

ibid. 233 sqq. ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πάμπαν στυγερὸν κατὰ γῆρας ἔπειγεν,
οὐδέ τι κινῆσαι μελέων δύνατ᾽ οὐδ᾽ ἀναεῖραι,
ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή.

ibid. 281 sqq. ἢν δέ τις εἴρηταί σε καταθνητῶν ἀνθρώπων,
ἥτις τοι φίλον υἱὸν ὑπὸ ζώνῃ θέτο μήτηρ,
τῷ δὲ σὺ μυθεῖσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.

II. In carminibus Hesiodeis:

theog. 58 sqq. ἀλλ᾽ ὅτε δή ῥ᾽ ἐνιαυτὸς ἔην περὶ δ᾽ ἔτραπον ὧραι,
μηνῶν φθινόντων, περὶ δ᾽ ἤματα πόλλ᾽ ἐτελέσθη,
ἡ δ᾽ ἔτεκ᾽ ἐννέα κοῦρας ὁμόφρονας . . . . .

ibid. 154 sqq. ὅσσαι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
δεινότατοι παίδων[1]), σφετέρῳ δ᾽ ἤχθοντο τοκῆι
ἐξ ἀρχῆς.

ibid. 594 sqq. ὡς δ᾽ ὁπότ᾽ ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
κηφῆνας βόσκουσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων,
— — — — — — — — — —

v. 600 ὣς δ᾽ αὔτως ἄνδρεσσι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης θῆκεν.

ibid. 607 sqq. — ᾧ δ᾽ αὖτε γάμου μετὰ μοῖρα γένηται,
κεδνὴν δ᾽ ἔσχεν ἄκοιτιν ἀρηρυῖαν πραπίδεσσι,
τῷ δέ[2]) τ᾽ ἀπ᾽ αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει
ἔμμεναι.

ibid. 799 sq. αὐτὰρ ἐπὴν νοῦσον τελέσῃ μέγαν εἰς ἐνιαυτόν,
ἄλλος δ᾽ ἐξ ἄλλου δέχεται χαλεπώτερος ἆθλος.

op. et d. 282 sqq. ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας νήκεστον ἀασθῇ,
τοῦ δέ τ᾽ ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

ibid. 319 sqq. εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
— — — — — — — — — —

v. 323 ῥεῖα δέ[3]) μιν μαυροῦσι θεοί.

ibid. 327 sqq. ἶσον δ᾽ ὅς θ᾽ ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ,
— — — — — — — — — —

v. 333 τῷ δ᾽[4]) ἤτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται κτλ.

ibid. 363 ὃς δ᾽ ἐπ᾽ ἐόντι φέρει, ὁ δ᾽[5]) ἀλύξεται αἴθοπα λιμόν.

---

1) Goettlingius in edit. 1843 iure Wolfium reprobavit, qui post *παίδων* suppleri vult *ἦσαν*, ut a verbis *δεινότατοι παίδων* (*ἦσαν*) apodosis incipiat.

2) Sic G. Hermannus pro vulgato *τῷδέ τ᾽*.

3) Al. *ῥεῖά τε*, quod praefert Hermannus.

4) Sic Hermannus e cod. Viteb. Ceteri *δή τοι*.

5) Antea vulgo *ὅδ᾽*, quod correxit Spohnius.

ibid. 679 sqq. ἦμος δὴ τὸ πρῶτον, ὅσον τ᾽ ἐπιβᾶσα κορώνη
ἴχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ᾽ ἀνδρὶ φανείη
ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ᾽ ἄμβατός ἐστι θάλασσα.

III. In carminibus elegiacis et iambicis.

Tyrt. 12, 23 sqq. (Bergk, Poet. lyr. Gr. II 1866, p. 403)
ὃς δ᾽ αὖτ᾽ ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμόν,
— — — — — — — — — — — —
v. 27 τὸν δ᾽ ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες.

Theogn. 357 sq. (Bergk l. l. p. 508)
ὡς δέ περ ἐξ ἀγαθῶν ἔλαβες κακόν, ὣς δὲ καὶ αὖτις
ἐκδῦναι πειρῶ, θεοῖσιν ἐπευχόμενος.

Archil. 32 (Bergk l. l. p. 692)
ὥσπερ παρ᾽ αὐλῷ βρῦτον ἢ Θρήιξ ἀνὴρ
ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδα[1]) δ᾽ ἦν πονευμένη.

ibid. 104 (Bergk. l. l. p. 713)
εὖτε πρὸς ἄεθλα δῆμος ἠθροίζετο,
ἐν δὲ Βατουσιάδης.

De hoc quidem exemplo dubitari potest, cum nesciamus, utrum solum ἦν supplendum sit, ut particula δέ apodosin incipiat, an verba ἐν δὲ Βατουσιάδης ipsa referenda sint ad praecedens εὖτε, ut apodosis prorsus desideretur. Utra sententia praeferenda sit, ex parvulo fragmento colligi non potest.

---

1) Hanc codicum lectionem mutare voluit Toupius in κύβδ᾽ ἔην sine idonea causa, quanquam Schneidewino (Delect. poet. eleg. Graec., Gotting. 1838) haec mutatio placebat.

Vita.

Natus sum Ludovicus Lahmeyer Hannoverae anni 1855 mense Martio patre Gustavo, qui illo tempore in gymnasio illius urbis, quod dicitur Lyceum, praeceptoris munere fungebatur, et matre Emilia e gente Burghardina, quae puerulo quattuor annorum praematura morte mihi erepta est. Luneburgae, in quod oppidum patri autumno anni 1856 migrandum erat, litterarum elementis imbutus in gymnasium Johanneum receptus sum. Autumno anni 1866 secutus patrem, gymnasii Georgiani directorem Lingam vocatum, duodeviginti tantum menses in hoc oppido in litteras incumbere potui. Vere enim anni 1868 factum est, ut pater gymnasium Andreanum, quod est Hildesiae, regere iuberetur. Quinquennium ibi versatus examine, quod maturitatis dicitur, absoluto Gottingam me contuli ad stipendia facienda. Quibus peractis in eodem oppido civibus academicis adscriptus bis sex menses eis scholis interfui, quas habebant viri illustres Goedeke, de Leutsch, Sauppe, Wachsmuth, Wieseler ex ordine professorum philologorum, Zahn ex ordine theologorum. Deinde cum universitatem obissem Lipsiensem, me docuerunt viri illustres Brockhaus, Curtius, Lange ex ordine philologorum, Kahnis ex ordine theologorum. Postea quam etiam Lipsiae duo semestria peregi, Kiliam veni, ubi pater amplissimo ei collegio adscriptus erat, cui omnia provinciae Slesvicae-Holsatiae gymnasia inspicienda et gubernanda sunt. Illa in universitate de philologia et philosophia scholis usus sum virorum illustrium Blass, Forchhammer, Lübbert, Th. Moebius, Pfeiffer, Pfleiderer, Thaulow, Volquardsen, de theologia virorum illustrium Klostermann, Weiss, Zahn.

Seminariorum philologorum sodalis fui, quae regebant Gottingae de Leutsch, Sauppe, Wachsmuth, Lipsiae Curtius, Lange, Ritschl, Kiliae Forchhammer et Lübbert, quibus viris doctissimis non pauca me debere libenter profiteor. Accedit, quod Lipsiae interfui et societati a Langio ad res antiquas tractandas institutae, et ei philologorum societati, quae Ritschelii auspiciis florebat. Deinde Kiliae mihi contigit, ut non solum sociis adscriberer seminarii germanici, quod viri doctissimi Th. Moebius et Pfeiffer regebant, sed etiam in societatem Aristotelicam, quam vir illustrissimus Thaulow condidit, ab illo benevolentissime reciperer. Postremo paucos menses iterum Gottingae versatus, ut scholis germanicis viri doctissimi W. Müller interessem, examine legitimo, quod dicunt „pro facultate docendi“, Kiliae absoluto, in gymnasio Cassellano, quod dicitur Lyceum Fridericianum, hoc tempore candidati probandi fungor officiis.

Illorum autem virorum doctissimorum et litterarum studiis clarissimorum, qui de ingenio excolendo optime meruerunt, pio animo memoriam colam gratiamque illis semper habebo maximam.